

extradotalia, & tamen in dotalibus, ubi etiam obligatio, vel alienatio sequeretur pro excarcerando viro, vel alia iusta causa, adhuc attendit, an remaneat indotata, quod regulariter dici solet, quando saltem non remanet salva medietas dotis, (licet quandoque, ubi est exigua, id iuxta unam opinionem procedat in tota ex ibi deductis;) Ergo circumstantia consideranda est, agi de fundo dotali, vel respectu de bonis extradotalibus.

Et in dicta altera decis. 33. par. 4. tom. 2. ponderatur causa, ut mulier se eximeret à molestiis ex propria obligatione resultantibus legitime contracta, pro excarcerando viro, seu eo liberando ab imminente carceratione, ut advertitur in prima hujus causae decis. 109. par. 12. recent. Hac autem causa in praesenti non accedebat, dum erat vaga, & generalis pro indigentis domus, quam passim receptum est non sufficere, ut plenè apud Merlin decis. 714. & in dictis decis. 793. & 805. Dunozezz; Atque enunciata debita societatum officii, erant solius viri, absque aliqua ejus obligatione.

Et quod magis, accedebat quidam plurium contractuum circulus inter emptorem, & venditorem, ac mulierem respectivè, cum quibusdam censibus hinc inde creatis, aliaque circumstantiis, quae vel clarum redolebant collusionem inter emptorem, & virum, in mulieris circumventionem, ac supplantationem, vel ejus, ac malae fidei magnam sumum praebant, quod possimum attendendum est in decidendo istas quaestiones, magis ex facto, quam ex jure, ut decis. seq. cum aliis proximis advertitur.

Ratio item omnino probabilior reddit dictum primum intellectum, ad quem meritò (reprobato intermedio) regressum est, quoniam Statutum in verbis exigit causae cognitionem, quae inaniter desideraretur, si statuentes hunc finem non habuissent; Nil obstante praedicto, discretivè argumento deducto ex Statuto 113. quoniam, Aliud est, ut necessaria sit causa praecise necessitatis, vel evidenter utilitatis, quae ad sensum juris communis desideratur in formali alienatione bonorum stabilium minoris, vel alterius de jure communi prohibiti, ut est Ecclesia, vel Civitas, seu Communitas &c.

Aliud verò agere de alienatione, vel contractu personae de jure communi non prohibet, in qua lex municipalis supponat aliquam imperfectionem, vel imbecillitatem iudicii, ob quam, cessante iusta causa, circumventionem praesumit, Iste enim casus, non desideratur causa praecise necessaria, vel utilis, (ut leguleicum vulgus, capiendi decisiones, vel auctoritates in verbis, quandoque opinari solet,) sed inspicitur, an sit probabilis, viro etiam prudenti, ac perfecti iudicii congrua, quamvis damno sit, atque patrimonii diminutionem causet, iuxta ea, quae habentur pluries supra sub tit. de donatione, super puncto donationis factae per mulierem, dum alias capiendi in verbis dictam propositionem, ut causa debeat esse utilis, vel saltem non damno, nulla differentia esset inter minores, & mulieres majores, atque in mulieribus practicabilis non esset contractus donationis, vel fideiussionis, eo modo, quo non de facili practicabilis est in minoribus, quod non est dicendum; Ideoque requiritur ex causa, quae ut supra, reputetur iusta, & probabilis, quamvis non sit utilis, ob magnam differentiam, inter minores, ac mulieres majores, ut patet ex iis, quae pluries habentur sub d. tit. de dote, praesertim decis. 6. cum pluribus. seq. super obligatione, vel alienatione ex causa dotis, quod in muliere, hujusmodi Statutis non obstantibus, illa reputatur licita, & valida, quamvis ex causa merè voluntaria, in minoribus autem attenditur sola necessitas, cum similibus.

Igitur interpretando jus municipale, ad limites, ac sensum juris communis, atque capiendi hanc mulierem majorum inhabilitatem per quamdam suppletionem ejus, quod jus commune neglexit, ob expertam earum imbecillitatem, ac facilem seductionem, principaliter attendere finem, seu effectum, ob quem lex municipalis producit, certaque solemnitates praescripsit.

Hinc proinde, quamvis Rota pluries dixerit, praesertim decis. 151. p. 1. r. & in praecedenti ibidem insinuata, & in aliis, quod ubi Statutum causam expressè non exigit, illa desideranda non veniat, sed sufficiat adimpletas esse solemnitates ab eo praescriptas; Attamen ut pluries in facti contingencia advertere consuevit, manifestus videtur error, generaliter, ac in littera hujusmodi propositiones capere, sed bene iuxta illum probabilem sensum, quem vix habuit Rota, id est, quod ubi Statutum nullam exigit causam, tunc adhibitis solemnitatibus materialibus, intret praesumptio,

quae regulariter, ex earum interveitu resultat, neque teneatur alter contrahens causam iustificare, eo modo quo teneatur, quando Statutum eam exigit. Sed si ex parte mulieris, vel alterius prohibiti, de iustitia, vel inopia causae doceatur, utique dicendum est satisfactum non esse Statuto, adeoque, exprimi, vel non exprimi causam, operativum est, circa inductionem praesumptionis, transferentis onus probationis in unum, vel alterum respectivè.

In hac etenim materia, omnino recipienda quoque venit propositio, de qua alibi pluries, praesertim verò, ac frequentius sub tit. de fidei. ut non cortex, & figura verborum, sed substantia veritatis attendi debeat, percurtando finem, seu effectum, ob quem lex, iudicis, & proximiorum, seu curatoris interventum desideravit, ut scilicet per eos ita iudicii imbecillitas contrahentis suppleatur, fiatque actus prudens, atque evitentur circumventiones, non autem pro simplici ceremoniam, ac formalitatem, dum ita esset deteriorum reddere conditionem personarum, quibus lex providere voluit, eisque majus damnum inferre, gravando ad illas expensas, quae pro omolumentis iudicis, aliique solemnitatibus expendis, pro locorum stylis necessariae sunt, Et è converso error est, procedere cum illis rigoribus, causa necessitate, vel utilitate requisitam in minoribus, vel similibus de jure etiam communi inhabilitatis, sed est questio potius facti, ex istis particularibus circumstantiis prudenti arbitrio decidenda, non autem id, quod in uno casu deciditur, quia si ejus circumstantiae exigant, cuiusque alteri applicare, ut etiam advertitur decis. seq. & decis. 37. ac alibi.

ROMANA CENSUS

PRO CLEMENTIA MUTINA DE CECCHINIS CUM BERNARDO MAURO, SEU CAPPELLA S. HILARII.

Causa decisus per Rotam pro Clementia, postea concordatus.

De eadem materia invalidae alienationis, seu impositionis census factae per mulierem sine iusta causa; quamvis solemnitates adhibere essent, ad intellectum Statuti Urbis 151. Et an dicti Statuti dispositio cesset, ubi alienatio, vel obligatio fiat ad favorem Ecclesiae, vel pia causa.

SUMMARIUM.

- 1 Adhuc series.
- 2 An creditores hereditarii cogi valeant ad cavendum.
- 3 Resolutiones causae.
- 4 Non potest deputari curator in defectum proximiorum istis non citatis.
- 5 Quod defectus solemnitatum sit substantialis.
- 6 Causa debet esse vera de facto, & de jure.
- 7 Causa falsa in parte, vitiat in totum.
- 8 In actibus gestis cum Ecclesia, vel causa pia non requiruntur solemnitates.
- 9 Declaratur ubi agatur de actu ex motivo pietatis, & amore Dei.
- 10 Secus ubi ex contractu correlative.
- 11 Quamvis in Ecclesia non viget suspicio circumventionis, & de ratione.
- 12 De eodem, ac de differentia inter unum casum, & alterum.
- 13 Ubi actus est fideiussorius, nil refert, quod creditor sit in bona fide, & de ratione.
- 14 Respondetur ad conclusionem, de qua n. 8.
- 15 An deferendum sit assensui non existentia proximiorum.
- 16 De ratione, ob quam non est deferendum.
- 17 De absentia proximiorum, an attendenda.
- 18 Quod istae sint quaestiones facti, & quomodo decidende.
- 19 De actu declarato valido in parte contra conclusionem, de qua n. 7.
- 20 Quando dicta conclusio, ut defectum in parte vitiet, in totum procedat.
- 21 De eodem, de quo n. 18.
- 22 An solemnitates requirantur in additione hereditatis remissive.

DISC. XXXII.

Cardinalis Cecchinus, de anno 1654. censum impositionis fuit scit. 6. m. in forte ad favorem Bernardi Mauri, siue capellae S. Hilarii in Basilica Lateranensi per ipsum, vel ejus auctores fundata, ac dotata; dictaque impositioni accessit tanquam principalis, principaliter, & insolitum Clementia defuncti germani fratris dicti Cardinalis, uxor, adhibitis solemnitatibus statutariis, decreti scilicet Judicis, & interventus curatoris, juxta consuetam formulam, tunc ab eodem Judice deputati in defectum proximiorum, qui citati statuti loco, & tempore intervenire neglexerunt; Pro causa verò narrata fuit necessitas extinguendi cum hac pecunia nonnulla debita fuit gravioribus usuris, in quibus ipsa obligata erat, ac etiam utilitas, quae sibi, & filijs, ejusdem Cardinalis nepotibus, redundabat à dictis gravioribus usuris se liberando; Cumque defuncto Cardinali, scripta herede eadem Clementia, ejus hereditas minus idonea detecta esset, iuxta ea quae de concursu super dicta hereditate habita occasione agendi de articulo, an haeres beneficiatus, & emptores bonorum hereditariorum iuste cogant creditores hereditarios ad cavendum de restituendo pecuniam acceptam anterioribus, vel potioribus, habentur sub tit. de cred. disc. 53. Hinc pro isto casu tanquam posteriori, ac de facili, in toto, vel in parte excludendo in dicto concursu, praefatus Bernardus, siue dicta capellae ministri, & capellani, contra dictam Clementiam coram Vicario dictae Basilicae Lateranensis egerunt, obtinente per eam conventum rescripto Archiepiscopi ejusdem Basilicae, ut procederetur in causa de voto Rotae, assumpta disputatione in hoc Tribunali coram Bevilacqua super dubio, ut ejus obligatio subsisteret, sub die 17. Martii 1664. negativa ad Clementiam favorem prodit resolutio, ad cuius normam expedita sententia, & commissio denud causa in eodem Tribunali coram Bourlemont, sub die 2. Martii 1665. pro ejusdem sententiae confirmatione responsum fuit, deindeque honesta concordia controversiae finem dedit.

Duo autem hujusmodi resolutionum fuerunt fundamenta, Unum scilicet, potius facti, quam juris super defectu formalitatis materialium solemnitatum, quod nempe citatus esset solum mulieris germanus frater, quo non comparente, ad curatoris deputationem processum fuisset, neglecta citatione aliorum proximiorum, quos in facto iustificabat tunc in Urbe adesse, recteque intervenire potuisse, quod sine dubio pulsatem causat, ubi causa non vocandi cesset, ex deductis supra disc. 28. & passim, cum sit principium indubitatum; Et alterum circa defectum causae, dum iustificabatur, quod in debitis cum dicta summa extinctis mulier obligata non erat nisi in quadam rata vix quartam partem constitutente, & consequenter causa remanebat falsa, vel inepta, ipsaque mulier clare damnificata, dum ejus indemnitati, ac relevationi super bonis hereditariis principalis debitoris, upote absorptis à creditis anterioribus, consilium non remanebat.

Quamvis autem dictus primus defectus circa solemnitates materiales, dicatur etiam aequè substantialis, ut plenè habetur deductum in decisionibus editis in causa, de qua decis. seq. & saepissimè; Attamen principale motivum resolutionum, (ut plenè semper, ac meritò) fuit defectus causae, quae in praesenti non solum erat minus vera de jure, & sic non utilis, sed damno, iuxta opinionem hodie receptam, ex insinuatione disc. praec. sed detegebatur quoque minus vera de facto, ac positive falsa in parte etiam notabiliori, ac supra dimidium, & ultra, unde propterea de plano intrabat conclusio pariter in hac materia quotidiana, & recepta, ut super nullitate obligationis, vel alterius actus gesti ex falsa causa non solum ubi esset falsa in totum, sed etiam in parte, ob individuum voluntatis, ac iuramentum ipsius contrahentis, fortius verò ob individuum decreti iudicis, & consensu proximiorum, vel curatoris respectivè, ut latè in eisdem decisionibus editis in causa, de qua decis. seq. & 190. n. 12. & decis. 271. n. 4. & seq. par. 6. r. r. dec. 171. n. 10. par. 11. & saepissimè.

Agnoscentes defensores creditoris inevitabilem difficultatem, insitebant potissimè in duobus fundamentis; Primo in qualitate hereditaria principalis debitoris; Et secundo in qualitate creditoris, quod scilicet Bernardus, cum quo census initus fuit, proprium negotium verè non gessisset, sed potius administratorio quodam nomine illud dictae capellae pro dote cappellaniarum habentium annexum onus celebra-

tionis missarum, quodque propterea ageretur de Ecclesia, vel causa pia, cuius favore hujusmodi Statutariae solemnitates non requiruntur, atque obligationes, aliaque dispositiones etiam sine illis validae sunt, ut per text. in l. penult. & fin. Cod. ad Vallesan. cum aliis relatis apud Franch. dec. 237. n. 2. Caputaq. dec. 194. p. 3. Rota apud Merlin. dec. 575. repetit. dec. 190. n. 28. par. 6. r. r. ubi concordantes.

Neurum tamen fundamentum subsistebat; Primum etenim tollebat ex solo facto, stante beneficio inventarii, ac oblata redditione rationum bonorum hereditariorum, unde propterea in hoc nullae erant partes Advocati.

Quero ad alteram; Scribens pro Clementia (etiam cum sensu veritatis) dicebam dictam propositionem esse veram in casu suo, in quo loquuntur supra allegati, fallaciam verò consistere in applicatione; Procedit enim, ubi mulier, vel alter à lege positus, communi, vel municipali, abique certa solemnitate contrahere, vel disponere prohibitus, amore Dei, & ex motivo pietatis, ac religionis, aliquam faciat dispositionem, vel obligationem erga Ecclesiam, vel piam causam, quoniam cessante imperfectione, vel defectu naturali, intrant eadem rationes, ex quibus in materia testamentorum aliarumque ultimarum voluntatum receptum habemus, ut quicumque defectus solemnitatum, ac iuris positivi non attendatur ad materiam textus in cap. relatum de testamentis, cum concordant de quibus in sua materia sub tit. de testamentis, dum in dispositionibus, vel actibus, qui cum Deo geri dicuntur, solum jus naturae, seu naturalis veritas attenditur, nullamque subiectionem pia causa patitur erga legem positivam, atque hos terminos percipiunt deducta per Franch. d. dec. 237. cum aliis per Pich. ad statut. glof. 7. num. 220. & seqq.

Secus autem, ubi Ecclesia, vel pius locus contrahit iure privato ex causa merè correlative, adeo ut alter contrahens nullum habeat pietatis, vel religionis motivum, nullumque habeat respectum ad Deum, vel animam propriam, sed ad praecisos limites iustitiae commutativae, contractum correlative faciat, tanquam cum quolibet alio privato contrahente, quoniam tunc verius est, solemnitates statutarias requisitas esse, cum inhabilitatio contrahentis proveniat à lege ejus superioris, qui potest proprium subditum inhabilitare ad contrahendum sine certa solemnitate, vel forma, etiam cum non subdito, ex iis, quae generaliter habentur sub tit. de dote disc. 153. ac etiam supra sub tit. de donat. & alibi.

Ut in specie ita distinguendo, seu dictam conclusionem favore pia causa declarando satis bene advertit. Picus ad stat. d. glof. 7. n. 222. dum relatis duobus numeris praecedentibus utriusque sententiae sequacibus, hanc dicit, veriorum, ex dicta ratione, quae verè solida est, & convincens.

Et licet qualitas Ecclesiae, vel causa pia excludere videatur illam suspensionem, seu malam praesumptionem fraudis, & circumventionis, cui Statutaria dispositio inniti videtur, (Et ex quo motivo, ut insinuat supra disc. 28. aliqui crediderunt, ut minore contrahente cum altero minore, vel muliere cum altera muliere, seu minore, intraret ratio conquisitionis privilegiorum;) Attamen id non est motivum considerabile; Tum quia lex municipalis principaliter innititur rationi praesumptae imbecillitatis, seu imperfectionis iudicii mulieris, vel minoris, aut alterius, absque alieno auxilio ad contrahendum inhabilitati, unde propterea attenditur persona facientis actum, non autem altera, cum qua ille fiat; Tum clarius, quia ubi versamur iuxta dictam primam partem distinctionis in eo actu, qui principaliter ex motivo pietatis, vel religionis fiat erga Ecclesiam, vel piam causam, tunc adesse non dicitur laesio, minime circumventionis suspicio, quamvis aliquale commodum, vel interesse accessorium, vel consequitum ex majori Ecclesiae, vel pia causa ditione redundet in Rectorem, vel Administratorem, quoniam istud videtur esse tale, quod dictam fraudis, ac circumventionis suspensionem redeat, ut in terminis Liboniani, cum similibus advertitur d. tit. de testam. disc. 8. & alibi.

Non fuit ubi agatur de contractu correlative, in quo persona à Statuto inhabilitata, (ut supra) ad limites iustitiae commutativae contrahit cum Ecclesia tanquam cum privato, habendo principalem respectum ad recompensam, seu aequivalentiam; Tunc enim rectè cadit eadem ratio fraudis, ac circumventionis in Ecclesiae Rectore, vel administratore, qui ad proprium commodum, utramque ita fraudare potest, Ecclesiam scilicet, vel piam causam, quae det integrum aequivalentiam, seu recompensam, & alterum contrahentem imbecillitatis iudicii, quia

det minus, ut reliquum sibi ipsi applicet, ita proprium, ac privatum, non autem Ecclesie negotium agendo, ut praxis quandoque docet.

Verum ubi etiam, à Redore, vel administratore, hanc finitram suspitionem abesse admittatur; Adhuc tamen in ista contrahendi specie, eandem ratione legis in-
13 trare dicebam, cum non ageretur de actu, in quo mulier proprium negotium principis liter ageret, sed in ea rata, in qua ipsa obligata non erat, ideoque remanebat obligatio merè fidei iustoria, cuius invaliditati assilire videbatur dispositio, vel intentio juris communis ad terminos *Senatus Consult. Velleiani*, ideoque lex municipalis à jure communi adeo exorbitare non dicitur, quoniam mulieris circumventio, vel concussio, citra fraudem, vel malitiam alterius contrahentis, esse potest ex parte viri, vel alterius, pro quo fidei jubeat; Ideoque sunt simul, creditorem in culpa non esse, & tamen actum ex parte mulieris esse culpabilem, juxta ea, quæ in dicta materia *Velleiani* habemus, ubi potissime non intret dispositio, vel ratio *text. in l. fidei jubeat, Cod. ad Velleian.* dum potissime qualitas ejus pro quo fidei jubeat, eandem habere videatur rationem facilis seductionis, vel concussionis, quæ viro militet, cui mulier contradicere non audeat, ut in præsentem rectè dici possit videatur ob reverentiam debitam viri jam defuncti, germano fratri adeo qualificato cum quo convivebat.

14 Et licet in d. dec. 194. Caputaquen. p. 3. & in aliis, de quibus apud Merlin. d. decif. 575. alias 190. par. 6. rec. num. 28. id firmari videatur favore Ecclesie, vel piæ causæ quamvis ageretur de contractu respectivo; Attamen id admittendum non est, cum procedatur cum præsupposito privilegiorum eorumque conqussationis inter æque privilegiatos, quod juxta veriorum opinionem hodie receptam, non procedit, dum istud non est privilegium, sed potius præsumptus defectus naturalis, ob iudicii imbecillitatem.

Actum quoque fuit in his disputationibus de puncto solemnitatum materialium, circa dictum defectum deputationis curatoris, non faciendam, nisi in subsidium proximiorum, quos justificabatur tunc adesse in Urbe, atque commodè intervenire posse, an scilicet hujusmodi defectum sanaret ejusdem mulieris jurata assertio, quod alios proximiores non haberet, qui tunc commodè intervenire possent.

In hoc autem, quamvis Scribentes in contrarium plenè conarentur probare affirmativam, quod scilicet tali assertioni deferendum esset, cum plures nimium vulgares decisiones, & auctoritates per ora forensium quotidie volitare solitas; Replebam tamen, dictam propositionem esse quidem veram, ac receptam eodem modo, quo est altera super præsumptione veritatis causæ resolute à decreto iudicis, & consensu proximiorum, vel curatoris, ad effectum scilicet inducendi simplicem præsumptionem, quæ alio in contrarium non probato, attendenda est; Secus autem dicta probatione accedente, cum tunc præsumptio veritati cedat.

Ex ea etiam, clara, & convincenti ratione, ob quam receptum habemus, ut prohibitis contrahere, dicatur
15 etiam prohibitis consensu, vel renunciare Statuto certam solemnitatem præscribere, quod scilicet nimium de facili fraus legi fieri posset, dum ex eadem facilitate, cum qua mulier, vel alter imperfecti, seu imbecillis iudicii, inducitur ad faciendum actum principalem, induci potest ad consensum, vel renunciandum; Ideoque (ut dictum est) assertio attenditur quidem in dubio, atque illa justificatione contraria non accedente, secus autem ubi ista concurrat.

Quinimò licet aliàs Rota dixerit non sufficere probari existentiam proximiorum in Urbe, nisi etiam justificetur altera qualitas, quod commodè in actu intervenire poterint, adeo ut si doceretur de absentia per illam diem, quamvis brevi, five de alio accidentali impedimento, id excusare deberet; Attamen ut præcipue discursum fuit in Romana census, de qua supra disc. 26. occasione absentie ordinarii, ac generalis curatoris, hæc opinio rejecta est, & merito, cum ita idem resularet effectus, quod scilicet, cum nimia facilitate lex eludi posset, in dictum impedimentum inquirendo, atque eo durante actum affectando; Ubi etenim agitur de actu voluntario, in quo mora, periculum, vel irreparabile damnum non causet, non videtur, cur non debeat ille, qui absens est, expectari, ut etiam advertitur supra in *Bonon. sensum*

disc. 23. adeo ubi absentis, vel impedit existentia de proximo haberi potest, absentia, vel aliud impedimentum non de facili excusationem præbere debeat.

Retinendo principium, de quo disc. præced. & seq. ac alibi, ut ista sit quæstio potius facti, quam juris, pro facti qualitate, & circumstantiis decidenda, non quidem cum verborum formalitate, vel decisionum, & doctrinarum literali intelligentia, sed spectata rei substantia, & an actus, fraudem, vel sinceritatem redeat, respiciendo finem, seu effectum, ob quem lex prodit.

Quamvis autem de stricta juris censura, attentoque decisionum, ac doctrinarum rigore, ob falsitatem causæ in parte, ex individuo decreti, ac voluntatis, ut supra, iste actus in totum corrumpere deberet, atque ego scribens tanquam Advocatus super hoc acriter insisterem; Rescindendo tamen ad veritatem, placuerunt resolutiones super validitate actus in ea rata, pro qua, cum hac pecunia, extincta fuerunt debita graviora, in quibus ipsa mulier validè obligata erat; Non solum ex ea ratione, quod ageretur de materia individua, in qua tantam asseruit utilitatem totum respectu totius, quantum ex falsa causa in parte, militat in alienatione alioquin rei stabili, seu aliis individuis, quod alias pro minori indigentia facta non esset, juxta ea, quæ in terminis censuum, vel societatum officii habentur pluries in utraque materia, ac etiam per Rotam apud Merlin. decif. 69. repetit. dec. 454. par. 4. rec. tom. 2. ut scilicet restituta, vel alias indebita parte foris, pro alia parte debita, actus adhuc subsistatur, & duret, non confuso de contraria voluntate.

Sed fortius ex ratione æquitative actionis de in rem verso pluries in præcedentibus insinuat etiam in Ecclesia, vel minori, & de qua actione aique requisitis in sua materia sub titulo de credito; Leges enim provident hujusmodi personis alieno auxilio indigentibus, & circumventioni subiectis, ne circumveniantur, neque in propriis bonis damnescentur, non autem ut alios circumveniant, atque de alieno locupletentur, ut supra disc. 29. & alibi.

Tunc autem falsitas causæ, quamvis in parte, influeret in totum quando secundus actus, novum onus, vel præjudicium causaret, non obstante versione, quia nempe pro debito simpliciter pecuniario, & infructifero, commodè cum fructibus, vel mobilibus extingui, atque interim nullum cautante usurarum, vel interusuriorum præjudicium, fieret contractus censuali, seu alias usurarius; Sed ubi præcedens debitorum erat æque usurarius, vel ex eadem causa census, quinimò sub usuris gravioribus, tunc dicta æquativa actio de in rem verso, five etiam doli exceptio, de plano intret, dum in nihilo persona prohibita damnificata est, sed potius utile negotium pro ea gestum, ut de reductione census ad minorem rationem habetur supra disc. 1. & in aliis; Ideoque mihi quamvis in hac parte succumbenti, atque contrarium subsistenti, id iustum, ac probabile visum, ut ab initio in congressibus, juxta stylam, insinuavi.

In his etenim materiis, in quibus leges certum respiciunt finem, seu effectum, ut pluries in præcedentibus, ac sequentibus advertitur, iudicio more, super sola litera, vel formalitate insistendum non est, sed principali-
21 ter substantia veritatis, bonæ, vel mala fide, ac potissimum an impleatur statuentium intentio, vel finis; Unde propterea, contra hanc eandem mulierem aliud debitum cambi fortè in eandem causam contrahentem, Rota ex facti qualitate, pro validitate contractus reponit in Romana cambi 16. Junii 1662. coram Albergo, & sic in aliis respectivè pro validitate, vel invaliditate respondendo.

Quid autem dicendum sit in additione hereditatis, quam
22 minor, vel mulier faciat, an, & quando adhiberi debeant eadem solemnitates, quæ in alienationibus, & contractibus, eademque intret infectio ex defectu solemnitatis, vel causæ habetur actum in sua particulari materia sub tit. de herede, & hereditate.

ROMANA LOCORUM MONTIUM PRO JOSEPHO SARAVEZZIO CUM CURTIO GALLUCCIO, ET CON- SORTIBUS.

Causa decisa per Rotam pro Curio, & aliis.

De eadem materia Statuti Urbis 151. super invalido contractu gesto per mulierem ex defectu causæ; Et quid ubi causa est quidem damnosa mulieri, sed iustum habet motivum naturalis impulsus pro beneficio filii, vel alterius erga quem naturæ impulsus urgeat; Et aliqua de materia conqussationis privilegiorum inter æque privilegiatos; Et ad quid referat, quod mulier contrahat cum altera muliere; Vel ubi agatur de qualificata matrona ordinis magnatitii; Et quid de contractu inito extra locum Statuti.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti serie.
- 2 **R**esolutiones causæ.
- 3 **S**tatutum 151. Urbis loquitur de quatuor casibus, attamen procedit in omnibus contrahentibus.
- 4 **E**t jam additio hereditatis cadit sub dicto Statuto.
- 5 **Q**uando dicuntur male servatæ solemnitates.
- 6 **E**t de defectu causæ.
- 7 **S**olemnitates sunt necessariæ, & sine eis causa non sufficit, & contra non suffiunt solemnitates sine causa.
- 8 **D**e utroque copulativo concursu in alienationibus bonorum Ecclesie.
- 9 **Q**uod principaliter inspectio cadat super causâ.
- 10 **I**n beneficio Apostolico non curatur de subreptione, ubi adeff. causa.
- 11 **Q**uod prohibitio mulierum sit minor, quam minorum.
- 12 **Q**uod solemnitates importent invaliditatem.
- 13 **Q**uando rigor attendi debeat circa citationem proximiorum.
- 14 **Q**uod non bene inflatur in formalitate.
- 15 **S**ed quod principaliter inflandum sit in causa.
- 16 **N**on laudatur annullandus contractus ex solo defectu forme, quæ rigorose non sit bene servata.
- 17 **Q**uomodo in ista materia sit iudicandum.
- 18 **R**ecensentur plures casus, in quibus ex iusta causa contractus etiam sine solemnitatibus subsistunt.
- 19 **E**t de converso etiam cum solemnitatibus actus est invalidus.
- 20 **C**onsideratur differentia inter mulieres, & Ecclesias, & Communitates.
- 21 **E**t de differentia inter minores, & mulieres.
- 22 **D**e eadem distinctione in causam dotis, quando bene contrahant minor, & mulier.
- 23 **Q**ualitas alterius contrahentis, an attendenda veniat.
- 24 **D**e eodem, & ad quid dicta qualitas proficiat.
- 25 **Q**uod decisiones, quæ habentur non sunt contrariæ, sed diverse.
- 26 **D**e motivis, ex quibus præsentem casu resolutiones non placent.
- 27 **D**e falsitate causæ, & an subsistat.
- 28 **U**t nimium attendendum sit, an mulier in vita conquesta sit.
- 29 **A**n debitum contrahentium sine solemnitatibus obliget in conscientia, & præceptum de solvendis debitis, an complectatur ista debita.
- 30 **S**ilentiū arguit, quod contrahens agnovit se obligatum.
- 31 **D**e eodem, de quo supra, ut in materia attendatur causa, & substantia veritatis.
- 32 **D**e alio casu contractus, vel obligationis matronæ, & magnatitii ordinis.
- 33 **D**e questione, quando contractus fiat extra locum Statuti.

D I S C. XXXIII.

Inquisito Ludovico de aliquibus delictis, furtum, ac falsitatem redolentibus, cum probatione adhuc essent dubia, ut causæ experimentum evitaretur, ex quo sicut absolutoria, ita è converso gravis condemnatio, cum personæ, ac famæ præjudicio oriri potuissent, curavit ipse admitti compositionem, mediante solutione scutorum bis mille, pro qua
Card. de Luca Lib. VII.

bus, aliisque expensis desuper necessariis, idem, & Catharina mater, adhibitis solemnitatibus præscriptis à Statuto 151. assignata; causa liberandi filium à molestitis illatis, & ferendis per filium, pro secutis 1500. censum vendidit ad favorem Mariæ, ad hunc effectum vendentis ejus loca montium dotalia depositato pretio in sacro Monte pietatis, quo mediante effectiva solutio sequuta est; Cum; post aliquod tempus, pro dicti census fructibus executio super quibusdam locis montium aliisque bonis per dictam Catharinam possessis facta esset; Curtius ejusdem Catharinæ ex filio nepos, tanquam vocatus ad quoddam fideicommissum, cui dicta loca montium subiecta supponebantur, sententia ab A. C. obtinuit, à qua commissa per appellationem causa in Rota cor. Albergo, prævis duabus decisionibus 26. Julii 1658. & 17. Martii 1659. dicta sententia revocata fuit, restricta hucusque disputatione ad expirationem, vel respectivè durationem dictæ executionis; Commissa vero denuo causa in Rot. cor. Ninot, assumpta; principali disputatione super dicti census validitate, vel invaliditate respectu Catharinæ, sub die 1. Febr. 1664. responsum fuit censum non subsistere, dictaque resolutio confirmata cor. Bourlemont subrogato 9. Decembris 1665. & 2. Maii 1667. ad quarum normam expedita sententia, & commissa causa in eadem Rota cor. Taja, pro confirmatione quoque responsum fuit.

In hujusmodi autem disputationibus de pluribus articulis actum fuit, diversas materias concernentibus, potissimum super existentia, & pertinentia dicti fideicommissi, ac etiam super quadam donatione, ac super inspectione, an Catharina per hujusmodi impositionem census remaneret indotata, necne, & in aliis in facto magis, quam in iure consistentibus.

Quatenus verò ad hanc materiam pertinet invalidæ impositionis dicti census ob non servatam formam à Statuto Urbis 151. in alienationibus, & contractibus mulierum præscriptam non contravertebatur nullitas in casu deficientis solemnitatis, & iusta causæ, quamvis ageretur de censu, quoniam licet Statutum in verbis loquatur de quatuor tantum contractibus, atque apud seniores magna lis fuerit, an de illis taxative, vel potius exemplificative Statutum disponat, ex his, quæ plene registrata habentur pro utraq; opinionione, in votis, ac decisionibus impressis post Fenz. ad idem Statut. 151. Attamen hodie, extra omnem controversiam, receptissimum est, ut illud locum habeat in omnibus actibus, in quibus mulier, vel minor ladi potest, quales quales sint censu supra disc. præc. & disc. 28. Immo etiam in additione hereditatis, vel simili actu implicitum tantum quasi contractum redolente, ac lesionis potentiam continente, ubi casus expressè exceptus non reperitur, ut sub tit. de herede.

Hoc tamen præsupposito sic stante (& super quo amplius non disputatur) dictum fuit dictæ forme defectum concurrere, tam circa solemnitates materiales, quia scilicet citatio facta mulieri, ac filiis, aliisque proximioribus, qui comparere neglexerunt, non esset bene concepta, ut potè non exprimens causam contrahendi, eo modo, quo vera erat; Ac etiam ex eo quod curator deputatus, non bene præstitisset iuramentum, quod contractus non tenderet in damnum, ac præjudicium mulieris.

Idemque ex defectu causæ, vel minis verè de facto, quia dictum fuit id fieri pro liberando filium à fisci molestiis, qui jam per compositionem cessaverant, eaque mediante inquisitio sublata erat; Vel quod esset minus vera de iure ut juxta modernam opinionem, cum qua vivitur, opus est ex insinuatione disc. præced. quod scilicet debeat utilis, vel non damnosa, cum dampnum esset clarum, & ex eo quod mulieri consultum non remaneret in bonis filii, qui revera principalis debitor erat, ut patet ex decisionibus desuper editis, in quibus super singulis hujusmodi conclusionibus, tam circa utrumque defectum solemnitatis, quam circa utrumque defectum causæ, auctoritates pro stylo copiose cumulantur, licet præter necessitatem, cum hodie sint propositiones plene.

Quamvis autem omnes conclusiones desuper deductæ, & illas singulariter, ac abstractè considerando, essent in suis respectivè casibus veræ; Attamen, tota facti serie ponderata, mihi videbatur, quod applicatio parum congrua esset ideoque (reflectendo etiam ad solam veritatem) intellectus in earum obsequium nō de facili captivari posset, quoniam licet solemnitates materiales, utpote litteraliter præscriptæ, ac formam continentes, necessariæ sint, adeo ut sola causa, quamvis iusta, quoties non sit de illis, quæ desuper exceptæ, ac privilegiatæ sint, non sufficiat; Et è converso, solemnitates quamvis optimæ, ac diligentissime adhibite, neque

que sufficiant, nisi concurrat juxta causam, ad quam principalis respectus habendus est, ut impleatur finis à lege desideratus, & ne aliis lex dicatur imposita verbis, & non rebus, ideoque nudam formalitatem contineat, ut advertitur *disc. proxime præced.* in his specialibus terminis mulierum, & in aliis supra occasione contractuum minorum, & Communitatum; Adeo, ubi hujusmodi Statuta vigent, in personis prohibitis, seu inhabilitatis, verificari videatur etiam conclusio, quam *supra disc. 1.* & in aliis frequentibus habemus in materia alienationis bonorum Ecclesiæ, ut copulativè solemnitas, & causa intervenire debeat, neque una sine altera sufficiat.

Attamen quædam ipsæ materiales solemnitates de facto servantur, adeo ut dici non valeat, quod adit Statuti preceptus positivus, tunc principalis, totaque inspectio consistere magis videtur in causa, qua non concurrente, nihil ut supra refert, solemnitates punctualissimè servatas esse. Et verò concurrente, illæ non videntur adeo exactè criticandæ, cum sufficiat adimpleri finem, ob quem adhibita, seu desiderata sunt, tanquam per speciem formæ recipientis eorum effectum, cuius proinde implementum etiam per equipollens de facili admittitur.

Ut, ultra generalia, bene ad rem facit conclusio, de qua *supra d. disc. 1.* & in aliis in proposito, alienationis bonorum Ecclesiæ, quod scilicet, quavis dictus copulativus concursus requiritur, beneplaciti scilicet Apostolici, in quo substantialis, ac necessaria solemnitas consistit, & iustæ causæ necessitatis, vel evidenter utilitatis, adeo ut unum sine altero non sufficiat: Attamen ubi causa concurrat, atque de facto adeo etiam dictum beneplacitum, tunc istius rigorosa criticatio non attendatur super narrativa, vel alio defectu, qui illud de subreptionis, vel obreptionis vitio convinceret, quoniam principaliter spectatur juxta causam utilitatis, qua concurrente, hujusmodi rigorosæ, ac formalitates negliguntur, ex ibi deductis.

Sic à pari, & fortius, cum in præsentia minor sit prohibitio, utpotè proveniens à solo jure municipalis, atque non habeat iuris communis resistantiam, quam habet alienatio bonorum Ecclesiæ, quæ videtur naturaliter, ac intrinsecè moralis, qualis non est illa, quæ fiat per mulieres de jure communi ad contrahendum habitatem.

Ideoq. istam semper pro modo iudicio credidi unam ex nostris leguleicis ineptis, insistenti scilicet super formalitate verborum, seu circa citationes proximiorum, vel super istorum interesse, aut circa majorem, vel minorem proximitatem, sive an curator in proximiorum defectum deputatus, bene iuraverit, vel caverit &c. Omnes etenim istæ, (ut quotidiana praxis docet) sunt mera formalitates, de quibus rectè dici posse videtur idem, quod advertitur præfatum *sub tit. de usur.* & sub altero de cambiis, super consimili rigorosa formalitate circa justificationem requisitorum lucri cessantis, vel dampni emergentis, vel super realitate spaciolorum pro cambiis, cum similibus, quod scilicet nimium exactæ diligentia, majorem potius malitiam redarguere videntur, atque ita melior est conditio callidi, ac verusitatis, quam simplicis, ac integre personæ, bona fide procedentis, & non advertentis ad hujusmodi formalitates, vel subtilitates quæ vix peritis professoribus innotescunt.

Tunc enim, circa citationem proximiorum, vel eorum existentiam, seu malè conceptam citationem sub diverso loco, vel sub causa non bene expressa, talis rigor principaliter attendi debet, quando facti circumstantiæ docerent, vel suspitionem inducerent, ut error affectatus esset, ad effugendum intervntum proximiorum, qui alias contractum impedivissent, juxta casum, de quo *supra disc. 28.* cum similibus.

Sed quando ista suspicio deest, quia nempe causa sit talis, quod verisimiliter omnibus bene adimpletis, adhuc contractus sequutus esset, tunc inceptum videtur super his minutis immorari, quasi quod essent verba sacramenti, quod aliquorum omnino, vel altero, formæ implementum impediret, ut in dicta usuraria, & cambiorum materia advertitur, ac alibi, dum notum est, quod forma concipiendi citationes, sive extendendi iuramentum, simileque formalitates adhibendi, provenit à Notario, vel à sollicitatore, pro ejus modo loquendi; non autem à partibus ita studiose agentibus; Nisi, quando (ut dictum est) aliæ facti circumstantiæ affectationem, ac studium redelegant.

Ac propterea, hujusmodi solemnitatum defectus dicendus est consequutivus, & quodammodo filius alterius majoris defectus causæ, adeo ut rigor, qui circa dictas formalitates adhibetur, vel non sufficiat, vel non sit necessa-

rius; Aut enim juxta causam non adest, & nil refert actum solemnissimè gestum esse; Aut adest, & tunc iudicium speciei videtur immorari in eo formalitatis rigore, qui ut supra, in longè majori prohibitione alienationis bonorum Ecclesiæ negligitur.

Et consequenter, licet ego sæpius, Advocati more scribendo, super hujusmodi contractuum invaliditate, istos defectus solemnitatum materialium, seu formalitatis, exaggerare quoque atque inculcare consueverim, deducendo istas ac tot alias adeo frequentes decisiones, quas desuper habemus; Attamen apud me, quavis obtinentem, (ubi alter causæ defectus non accederet) irritio digni habiti sunt illi iudices, qui ex hoc solo motivo, pro actus invaliditate responderunt.

Quatenus verò pertinet ad aliud essentiale requisitum 17 causæ; Materia hæc est de frequentioribus, quas Curia tractat, adeo ut longè supra centesimum hujusmodi causarum numerum in Rota, aliisq. Tribunalibus tracta verim, modo pro validitate, ac modo pro invaliditate respondendo, unde propterea penè infinitus desuper habetur numerus decisionum, quæ invicem pugnant videntur; Attente autem (ut decet) reflectendo ad singulorum casuum circumstantias, agnovi, quod vere ista, facti potius, quam juris questio sit, certam, ac generale non recipiens determinationem in singulis casibus ab eorum qualitate, & circumstantiis diversimode sequi debentem, spectato, ut dictum est, sine, seu effectu, ob quem lex prodixit, alternativa, vel suppletiva juris communis, quod (excepit Velleiano) in reliquis nullam constituit differentiam inter viros, & mulieres majores; Ideoque erroneum est ita simpliciter statuere propositionem generalem, ut causa debeat esse utilis, vel saltem non damnosa, quoniam ita esset omnino inhabilitate mulieres ad donandum, cum actus de sui natura sit damnosus; Sive ad subdubium in casu, quod dubia sit relevatio indemnitatis, (in quo frequentius fideiussio desiderari solet dum negligitur, ubi certa sit idoneitas principalis); Sed spectari debet ipsa causa, an sit honesta, & prudens, ac laudabilis, habens præfatum naturalem singulorum naturæ, ex quo necessarius quodammodo dicatur actus, quavis de stricto jure, voluntarius dicendus esset, ut apud Sordum *dec. 104. n. 16.* ex cuius, & aliorum auctoritate Rota *dec. 171. n. 7. par. 11.* rec. admittit validam obligationem matris pro filio ex causa accipiendi pecunias mutuas pro expeditione bullarum Episcop. ob honorificentiam, ac speratam utilitatem. Et in Romana renuntiationis cor. Orthoboni inter *lit. dec. 182.* & in eadem cor. Cerro *dec. 23. p. 11. rec.* reputatur sufficiens causa renunciandi ejus bonis, & juribus, ex motivo, ut erigi possit à filio primogenitura pro decore familie; Atque in Anconitana pecuniaria 15. Maii 1654. & 9. Junii 1655. cor. Zarate firmatur valida obligatio mulieris pro liberando patrem à carceribus; Et in Romana cambiis 16. Junii 1662. cor. Albergato (in qua agitur de eadem matrona, de qua *disc. prox. præc.*) canonizatur contractus cambi per ipsam ex quodam probabilis motivo initus, quavis verè non esset in causam propriam, sed in eandem, de qua *ead. disc. præc.* & quod magis, in Romana mutui 5. Maii 1659. cor. Cerro, canonizatur validum debitum contractum à prudenti matrona, ex circumstantiis redolentibus sinceritatem actus, quavis esset per simplicem apocam sine solemnitatibus, cum pleris aliis similibus.

Et converso autem, serè omnes, quæ sunt in contrarium, diversas habent circumstantias, quod scilicet ageretur de debito alieno, ad quod fine probabilis causa mulier le obligavit, atque vigeat illa suspicio, quam lex municipalis habet de seductione, ac fragilitate; Secus autem ubi ista suspicio, vel præsumptio per contrariam probationem, vel potentiores præsumptiones tollatur, ut optime advertitur apud Achill. *dec. 1. de confess.* quæ reputatur magistratus, passimque recepta est, circa conclusionem, ut confessio verisimilis, vel adminiculata attendenda veniat, etiam in personis prohibitis, quavis regula sit, ut prohibitis alienare dicatur etiam prohibitis prohibitis confiteri, quoniam (sunt verba præfata decisionis Achill.) præsumptio facilitatis, & fragilitatis, tollitur per alias præsumptiones potentiores, ut etiam advertitur supra *sub tit. de donat.* an donatio facta per mulierem ex probabilis, vel improbabili motivo resultet.

Utenim in præcedentibus insinuat, magna differentia est inter alienationes, & contractus, qui sunt de bonis Ecclesiæ, vel Communitatum, ac similibus, sub administratione de necessitate vivendum, per ipsos administratores, qui liberam disponendi facultatem non habent, sed limitatam ad præfatum necessitatem, vel utilitatem, & eos, qui sunt

sunt per dominos potestate disponendi habentes, quibus lex adiecit aliquod frænum, ob suspicaram imbecillitatem iudicii, ex solo motivo occurrendi fraudibus, & circumventionibus, ob istarum præsumptiones, contraria probatione etiam præsumptiva, ut supra, olidibilem.

Atque etiam inter eos, qui sunt domini, ac disponendi facultatem habent, magna differentia constituenda est inter minores, & mulieres majores, illi etenim, utpotè sub aliena administratione quoque viventes, vel vivere debentes, regulariter de jure communi sunt inhabilitati, cessante necessitate, vel utilitate, cujus contrarium est in mulieribus majoribus; Igitur isti termini pariformiter tractandi non veniunt.

Quod clarè comprobatur, (ut pariter in præcedentibus insinuat,) ea differentia, quam habemus in materia dotali, sive in donationibus contemplatione certæ, ac determinati matrimonii, quod in mulieribus majoribus, cessante intrinseca probatione, doli, vel seductionis ad terminos juris communis, negliguntur Statuta, quæ solemnitates, & causam præscribunt, quavis nulla impelleret necessitas, sed actus foret ex causa merè voluntaria erga extraneum, eo quia dicitur juris præsumptionis causa iusta, & probabilis, quavis verè redeat donationem, atque damnum cavet; Et converso autem in minoribus ista causa non sufficit, ubi non urgeat necessitas, ut ita distinguendo habetur pluries in sua materia *sub tit. de dote*, præfatum *disc. 16. & seq.*

Nimium quoque in id conferente qualitate alterius contrahentis, an scilicet sit æque privilegiatus, puta, altera mulier, vel Ecclesia &c. Non quidem ex ratione conqualitatis privilegiorum inter privilegiatos, ut plerique cum nostra consuetudine simplicitate credunt, unde propterea adeo insinuitur in distinctione, an unus tractet de lucro, & alter de damno, vel utroque contentende de damno, an unus contendat de majori, & alter de minori, quoniam, ut advertitur *disc. præced.* hujusmodi Statuta non inducunt privilegium, neque in ratione privilegiata disponunt, ut male plerique opinantur, sed inducunt præsumptionem imbecillitatis, vel imperfecti iudicii, unde de consequenti resultat defectus naturalis ob præsumptionem circumventionis vel fraudis, quæ actus sit læsus, & damnosus, quo effectus spectato, nihil refert ad ejus commodum actus tendat; Bene tamen qualitas personæ, cujus commodum actus respicit, ipsaq. sinceritas actus, conferunt ad tollendam, vel debilitandam dictam malam præsumptionem, nisi hæc provenire possit à tertio juxta ponderationes, de quibus *disc. præced.*

Atque cum hac distinctione, in centum penè casibus, hujusmodi contractuum, & obligationum mulierum, scribendo ad causam, quando pro validitate, & quando pro nullitate, sive respondendo pro veritate, mihi procedi videtur semper vivum est, non autem iudicio merè insistentem esse in literali intelligentia decisionum, & auctoritatum, quarum cumulus hinc inde fieri solet; Licet enim decisiones primo aspectu contrarietatem inter se cum aliquo exteriorum scandalo præferre videantur, quasi quod modo dicatur album, & modo nigrum, attamen bene considerando singulorum circumstantias, non sunt contrariæ, sed diversæ pro diversa facti qualitate.

Applicando autem ad rem in hac facti specie; Mihi pro validitate contractus scribentem ad favorem creditoris, (reflectendo etiam ad solam veritatem) factæ resolutiones, vel improbabiles, vel nimium asperæ vix sunt, ponderando omnes facti circumstantias simul junctas, cum regula, ut *singula quæ non prosunt &c.* Primò scilicet iustum motivum ex naturæ impulsu proveniens occurrere, ne filius de gravibus, ac famosis delictis imputatus, gravia præjudicia in persona, & fama incurreret, quod sine dubio iustam causam redeolet magis quam expedire bullas pro Episcopatu, vel ut erigeretur primogenitura, præferte dicitur.

Secundò ob qualitatem contrahentis, quod esse altera mulier, magis forte simplex, & proba, quam debitor; Tertio potissimè ob sinceritatem actus, quod scilicet creditrix, pecuniam, quam debitor dedit, retraxit ex vera, & effectiva venditione tot locorum montium dota lium, unde propterea, data invaliditate ipsius contractus, resuscitabat inconveniens, quod hæc mulier remaneret indotata, cum dolo, & fraude alterius mulieris, quæ ita utilitatem ex hac pecunia perceperat liberandi proprium filium.

Et quavis in decisionibus insinuat in falsa, seu deficiente causa narrata molestiarum sici, eo quia ob jam admittam compositionem, ac solutionem partis summæ compositæ sublatum esset iudicium criminale, attendendo do-

ctrinas Criminalistarum diversum casum, vel effectum percutientes, an scilicet, ubi non solvatur summa conventa in compositione remaneat solum actio civilis pro solutione, vel potius regressus fieri valeat ad iudicium criminale; Attamen hic videbatur incongruus rigor, quoniam spectari debet substantia veritatis, dum quando hujusmodi compositiones cum sisco tractantur, prius adhibentur diligentia pro inveniendò pecuniam ad id necessariam, sed non deveniunt ad contractum, quo mediante pecunia obtineatur, nisi concludatur, ac persiciatur compositio pendens ab arbitrio, & voluntate Superiorum, potissimè in Urbe, quod officiales solent de his facere verbum cum ipso Pontifice, sine cujus oraculo actus non concluditur, ideoque rationabiliter contractus gestus fuit, postquam compositio jam erat perfecta, atque pars dictæ summæ compositæ soluta erat per tertium ita fideiuciatem credentem, ad compositionem facilitandam, ut reintegrari deberet.

Magni quoque in hac facti specie, ac in plerisque aliis 28 similibus causis pro validitate actus, faciebam eam circumstantiam, quod de invaliditate non operaretur ipsa mulier, sed ejus hæres, vel alter tertius intercedens, ut è converso ad effectum invaliditatis nimium considerabile est, an ipsamet mulier dicat se læsam, & circumventam, quoniam cum ipsa esset veritatis bene conscia, adeo ut, agnoscendo se naturaliter, & in conscientia obligatam, contractui acquieverit, atque donec vixit, illum observaverit, nimium improbabile videbatur, ut hæres, vel tertius, ex solo rigore juris allegare debeat id, quod ipsa principalis numquam allegavit, neq. verisimiliter allegaret si viveret.

Apud antiquiores etenim magna questio fuit, an hujusmodi contractus initi per minores, & mulieres, vel alios à Statuto sine certa solemnitate inhabilitatos, obligent naturaliter, & in conscientia, plerique affirmativam tenentibus, quam, occasione agendi de præcepto dato per mortem ejus hæredibus de solvendis omnibus debitis, an comprehendat hæc debita ita malè contracta, etiam Rota moderna credidit esse veram, atque adeo effectum obligationem naturalem, ideoque præceptum de istis quoque intelligendum esse, ut *dec. 62. 61. & 119. p. 2. 8. rec. & decis. 199.* post Zacch. de obligation.

Et quavis deinde recedendo à dict. *decis. 199.* contrarium tamquam verius firmatum fuerit *dec. 80. p. 10. rec. & n. 6. ad 14. & dec. 98. n. 14. cum seq. par. 11.* atque cum hac posteriori opinione hodie procedatur, ut scilicet hujusmodi contractus, neque obligent in conscientia, & Attamen, ut respondo ad dictas *decis. 62. 61. & 119. p. 7. fundatis in conf. 13.* Aretin. con quo ceteri procedunt, advertitur in *d. decis. 30. par. 10. & 98. par. 11.* præfatum in hac posteriori n. 18. dicta prima opinio recipienda est, ubi bona fides, vel recipientis utilitas adit, seu quod alias ipse se agnoscat obligatum ad solvendum id, quod recipit, vel promittit, cum altera opinio sit fundata in præsumptione, quæ semper cedit veritati.

Et consequenter, si ipsa mulier donec vixit conquesta non 30 est, sed contractum observavit, quia bene conscia veritatis agnovit se obligatam, non videtur ita de facili admittendus hæres, vel alter successor ad hujusmodi utilitatem allegandam atque ad propriam locupletationem de bonis contrahentis, istius animam gravare in præjudicium tertii, qui bona fide absque solemnitatibus credidit defuncto, quia conscius illius probitatis, rectè sperare, & credere potuit, quod ille fidem violatorem non esset.

Ideoq. semper firmum remanet id, quod pluries ad hanc materiam insinuat, ut ista dicenda potius veniat questio facti, pro istius qualitate decidenda, quodque erroneum est cum regulis, ac doctrinis generalibus procedere, principaliter reflectendo ad finem, seu effectum à statuendis consideratum, non autem ad solas formalitates, juxta illam regulam, quam in materia ultimarum voluntatum habemus *sub tit. de fideicommissis*, & alibi frequenter.

Hinc proinde, quavis non scribens in causa, sed desuper consultus ex parte creditoris in eo casu, in quo prodierunt 32 decisiones in Romana pecuniaria 7. Junii 1666. & 28. Jan. 1667. coram Taja) non de facili in dictarum resolutionum obsequium intellectum captivare potui, ex eisdem considerationibus, de quibus *inf. disc. 37.* quod scilicet incongruum sit ea, quæ disposita sunt in privatis mulieribus applicare ad eò qualificatis matronis primi ordinis magnarum, quæ vulgò Principisse ob hanc abusiivè dignitatem Baronibus, & Dominiis subditi concedi solitam reputantur, potissimè verò inspecta natura, seu qualitate actus; Ubi enim ageretur de alienatione vel obligatione, seu alio contractu in re gra-

D I S C. XXXIV.

vi, ac magni præjudicii, inito cum altero magnate, adeo ut data proportione, intret ex ratio præsumptæ circumventionis, quæ in mulieribus private fortunæ cadit, tunc re-
 33. ac in nobilibus matronis, etiam magnatibus ordinis idem accidendum venit, recteque intrant conclusiones, & auctoritates, cum quibus in eisdem decisionibus proceditur; Sed dicere ut promissio, quam per hunc alium pro stylo magnatum fecit Principissa super mensura præstatione ad vitam ejus familiaris, ad effectum, ut ista provisione mediante, faciliteretur matrimonium ab eo, cum ipsius matronæ, sed Principissæ mediatione, & auctoritate contractum, id continere videtur quandam legaleum rigorem, cui judicium localis vocabulum congruere videtur, naturali veritati, ac humano sensui nimis adversum.

Cum eadem distinctione pluries, ac pluries scribendo in causa, vel per veritate consules, procedere consuevi in altero articulo, in quo Scribentes, pariter se involuisse videntur, quando scilicet contractus celebratus est extra territorium, vel jurisdictionem statuentis, an id in fraudem Statuti sequatur sit, quia affectat a loco consueti domicili recessum sit ad hunc effectum ut citò reverso sequeretur, juxta casum, de quo habetur actum sub tit. de de-
 10. n. 82. & sequ. & decisionibus in ea causa editis, ac sub tit. de donat. disc. 55. & alibi, dum adeo cernant circa tempus discessus, & recessus, ex consil. Aretin. 54. & 73. atque ex iis, quæ in materia deducunt Menoch. conf. 810. Ciriac. contrav. 10. n. 82. & sequ. & decisionibus in ea causa editis, ac sub tit. de de-
 10. n. 82. & sequ. & decisionibus in ea causa editis, ac sub tit. de de-

Verum, & ista facti questio est, ex ipsius facti qualitate, & circumstantiis decidenda, ex quibus desumi valeat, an id affectat, ac in fraudem sequatur sit; Stant enim bene simul, ut mora exeat patriam, seu locum domicili fuerit diuturna ad hanc fraudem magis coloranda, quodque propter fraudem ita major, & clarior reddatur; Et de con-
 10. n. 82. & sequ. & decisionibus in ea causa editis, ac sub tit. de de-

ROMANA SOCIETATIS PROACHILLE TERTIO CUM MARIA FELICE GUBERNATA

Casus disputatus coram A.C. seu Prælo deputato, scriptus per concordiam.

An solemnitates statutarie in contractibus mulierum, vel minorum, requirantur, ubi agitur de negotiis mercantilibus, adeo ut minor, vel mulier mercaturam exercens, cadat sub Statuto.

S U M M A R I U M.

1. *Acti series.*
2. *Solemnitates statutarie sunt servandæ etiam in societate, quavis tacta.*
3. *Mulier major non est in iure inhabilitata ad contrahendum.*
4. *Quod mulier exercens mercaturam non comprehendatur sub Statuto mulieres inhabilitante.*
5. *Idem de minore mercatore.*
6. *De conclusione, de qua n. 4. quando sit dubitandum.*
7. *Heredes beneficiarii dicuntur administratores hereditatis.*
8. *Solemnitates non requiruntur in contractu gesto per mulierem administratorem nomine.*
9. *Quando quis dicitur mercator ad effectum, de quo num. 4. & 5.*
10. *Quod plura negotia pupillorum, & mulierum exercentur sub nomine defunctorum.*
11. *Tutor vel administrator potest recognoscere bonam fidem ejusque confessione administratorem attenditur.*
12. *Idem de confessione mulieris, & contractus sine solemnitatibus inefficaces ad obligandum sufficiunt ad probandum.*
13. *Possunt ubi alia veritatis adminicula concurrunt.*

Defuncto Francisco Gubernato mercatore fundatario in Turre-languinea, superstiti hæredæ Maria Felice sorore, ista deputavit fundaci prædicti infirmorum quemdam juvenem, qui vivente Francisco quoque administratore, atque cum istius, ac viri presentia, & obligatione, per apocam decaravit, in recognitionem veritatis, quod inter dictum Franciscum, & Achilleum inita fuerat quædam societas, admissio dicto Achilleo ad participationem tertia partis fundaci, cum onere resolvendi scut. 5000. ad quorum computum solverat eidem Francisco in pecunia, & in mercibus ter mille circiter, reliquum verò promittebat promptè subministrare in mercibus, pluribus initis capitulis ad rem non facientibus; Cumque finito societatis statu-
 10. n. 82. & sequ. & decisionibus in ea causa editis, ac sub tit. de de-

Quamvis autem reliqui per Achilleum Scribentes in congressibus desuper habitis pro causæ directione, præsupposita dicta solemnitate adhibendum necessitate, (quas regulariter necessarias esse ego quoque adhibebam) in aliis motibus prudenter quidem insisterent, postissimum verò super justificatione traditionis dictæ summæ, ac mercium respectivè, tam per aliquos testes, quam per confessiones extrajudiciales, & adminicula.

Ego tamen fuit in sensu, omnino impugnandi oppositum defectum resultantem à Statuto, quodque procedendum esset cum solis terminis juris communis, quibus attentis dicta probationis necessitas non incumbat, quamvis ad magis satisfaciendum judici, ac offendendam causæ bonam faciem illam laudarem; De iure etenim communi, (ut etiam in precedentibus advertitur,) mulier major, exceptio Vellejano inhabilitata non est ad contrahendum, neque à viris differt ad Text. in l. velles ff. de revocat. donat. Gl. 2. C. ad Vellejan. utrobique Scribentes ex relat. per Gratian. discept. 756. n. 14. Rota dec. 88. n. 7. p. 6. recent. & frequenter. Et consequenter resultat, quod ubi non prohibetur contrahere, fateatur aliquid recepisse, ac se debitorem constituit, onus non est creditoris extrinsecus probare debiti veritatem, seu contractus læsionem, sed qui istam, vel errorem allegat, concludenter unum, vel alterum probare tenetur, ut est hodie in iura nimis receptum, ac vulgare.

Dicebam igitur, quod cum ageretur de negotio mercantili, & concernente tabernam, seu fundacum, qui publice per ipsam mulierem, mediante opera infirmorum, aliorumque ministrorum exercebatur, non intrabat dicti Statuti dispositio ex pluribus rationibus, quæ in specialibus terminis mulieris mercaturam exercentis latè ponderantur per Picum in commentar. ad hoc Statut. (quod cæteris omnibus aliis melioris conditionis fuit in hoc ejus commento, cum reliqua hucusque parum felicia fuerint) glof. 7. in addit. nu. 291. cum seq. ea præsertim, quam ponderat Rota infra citanda publici commercii, atque communis usus in rebus mercantilibus, ac negotiationis.

Ideoque receptum est etiam in fortioribus terminis minoris mercatoris, quod pro majori reputatur in concernentibus negotia mercantilia ex theorica Baldi in l. 1. C. qm, & adversus quos Roman. conf. 318. num. 2. & alii apud Gratian. discept. 279. n. 46. & sequent. Rota dec. 267. n. 2. part. 2. rec. & plenius dec. 284. num. 73. & sequ. part. 9. Et in puncto Statuti Urbis in Romana negotiationis coram Roberio apud Marchef. de commiss. tom. 1. fol. 728. Si enim id procedit in minoribus, qui de jure communi ad contrahendum inhabilitati sunt, multo magis in mulieribus, quæ ut supra non sunt inhabilitate.

Fortius verò, ac pro meo iudicio, extra omnem controversiam, quod non agebatur de negotio mercantili, quod 6 ipsa

Pars III. De Alienation. &c. Disc. XXXIV.

ipsa mulier, (præter Italice communem usum) suscepisset, quod calu aliqua dubitandi non improbabili ratio cadere posset, quod in hoc munere suscipiendo circumveniri poterit, stante præsertim dicto contrario usu communi hujus regionis, unde propterea cum aliqua circumspectione pro facti qualitate procedendum est.

Sed agebatur de continuatione negotii hereditarii, atque ipsius hereditatis nomine, ob quam circumstantiam ad duo inferebam; Primum nempe, quod stante recepto principio, de quo frequenter tit. de credito, & sub altero de hæredæ, ac alibi, quod hæres beneficiatus non dicitur verus, ac proprius hæres, (ut prius erat, ac etiam est hodie sine inventario) sed est potius hereditatis administrator, ita intrabat conclusio, quod actus gesti per mulierem tutorem, vel curatorio, seu procuratorio, aut alias administratorio nomine alterius, non cadunt sub hoc Statuto, nisi principalis, cujus bona administrantur, sit de comprehensis, ut cæteris relatis habetur per Rotam apud Merlin. dec. 309. repetit. dec. 106. n. 16. par. 3. recent. ubi concordantes.

Et secundò, quod ita cessabat difficultas, in qua ex Rebus, & aliis, juxta diversarum regionum, vel Civitatum mores, se involvere videtur Picus ubi supra, quando scilicet quis dicatur mercator, ad effectum, ut intret, necne ista conclusio, ponderando, an sit descriptus in matricula mercatorum, sive an publice per seipsum mercaturam exerceat, dum ita mercatoris personam continuare dicebatur ipseniet Franciscus defunctus representatus per ejus hereditatem, cujus administrationem gerbat mulier hæres beneficiata.

Cumque ad istorum requisitorum defectum Scribentes pro muliere se restringerent, ut evitarent applicationem dictæ conclusionis alias inevitabilis, ita dicebam difficultatem tolli, coadjuvando etiam cum facti probationibus istam ponderationem, cum adhibitis diligentibus, compertum fuerit plures adesse in Urbe consimiles casus, quod scilicet defunctis ipsis mercatoribus fundatariis, superstitibus hæredibus minoribus, immò pupillis, vel mulieribus, negotium sub nomine ipsiusmet defuncti, vel hæredum continuatur per infirmos, aliosque solitos juvenes, & ministros, absque hujusmodi solemnitatibus necessitate, dum alias esset mundum involvere, atque commercii libertatem tollere, ut in gravioribus negotiationibus artis camporiæ, seu rationis bancariæ totius mundi praxis docet, quod negotiatores sequuntur fidem illius negotii ejusque complementationum, seu administratorum, non indagando, an verè pertineant ad mulieres vel minores, & quia impracticabili eger negotiatio, si in quolibet actu hujusmodi solemnitates adhibendæ venient, dum inter mercatores, & negotiantes, neglectis hujusmodi subtilitatibus, proceditur de bono, & æquo, ac etiam parva schedulæ, seu pagellæ eam vim habent, quam inter privatos instrumenta publica, ut pluries sub tit. de cred. intervertam item, quod cum controversia principateller restringeretur ad dictam confessionem super summa soluta à defuncto, de cujus gestis erat eadem mulier verisimiliter informata, utpote convivens in eadem domo, ac etiam ipso vivente, ob infirmam valetudinem ipsius negotii alioquam habens administrationem, ac superintendendam, ita deferendum esset; Quamvis enim contractus, alique actus initii non servata forma statutaria, invalidi remaneant, sed inefficaces ad obligandum, adhuc tamen attenduntur ad probandum, quoties alia accedunt veritatis adminicula. Si enim habemus, quod etiam tutoris, vel Prælati, seu alterius administratoris confessio adminiculata probat, cum prohibendus non sit tutor, vel Prælati, seu alter administrator, veritatem, ac bonam fidem recognoscere, ut in præg. cod. titulo, & alibi advertitur, cum sit vera, & recepta propositio; Multo magis dicendum est in confessione facta per ipsummet principalem de jure communi habilem ad contrahendum, & consensum, ita per se municipale accidentaliter inhabilitatum; Ut in specie dictæ conclusionis, ut scilicet actus gesti sine solemnitatibus quamvis inefficaces ad obligandum, bene attendi debeat ad probandum, cæteris relatis habetur apud Altograd. conf. 5. n. 7. & sequ. lib. 1. & dixit pluries Rota, præsertim in Romana dotis 10. Januar. 1600. cor. Sacro, quæ reputatur in hac propositione magistralis, & in aliis præsertim in Romana fideicommissi 8. Junii 1648. coram Arguelles §. Nec quicquam &c. Et conferunt quæ habentur pluries sub tit. de dote in materia confessionis inter conjuges regulariter prohibita, vel inefficacis ob fraudem tertii, sive prohibita donationis; ut cesset concurrentibus adminiculis, quæ majora, vel respectivè minora pro facti qualitate desiderantur, cum similibus.

Card. de Luca Lib. VII.

Ideoque ubi etiam cessante dicto motivo mercantili, 13 versaremur in actu merè privato statutarie dispositioni subiecto, adeo ut ex defectu solemnitatum, invalidus, & non obligatorius esset, adhuc tamen, ubi veritatis adminicula concurrerent, idem actus attendendus veniret tanquam probatio aliunde adminiculata, vel tanquam annum ex adminiculis simul conjungendis pro facti qualitate, & circumstantiis prudenti arbitrio, spectato fine, seu effectu Statuti, nè mulieres, vel minores circumveniantur, non autem, ut alios circumveniant.

FIRMANA CENSUS PRO LIBERATO TREVISANO CUM LUTIS.

Casus decisis per Rotam pro Lutiis.

De plerisque pertinentibus ad eandem materiam alienationum, & contractuum minorum, & mulierum, non servatis solemnitatibus Statutaris; Et præsertim de solemnitate infirmationis requisita per Constitutionem Ægidianam: Et an solemnitates requirantur, si testator, tutor, vel curator, alienandi, vel contrahendi facultatem dedit: Et an in contractu facto per tutorem, vel curatorem, ipsius pupilli, vel minoris interventus requiratur.

S U M M A R I U M.

1. *In Statu Ecclesiastico frequentia sunt Statuta in adhibendis minorum, & mulierum, & de Ægidiana.*
2. *Facti series.*
3. *Resoluciones cause.*
4. *Quod tutor alienet, vel contrahat sine solemnitatibus ex facultate testatoris.*
5. *Contrarium, quod facultas non tollat necessitatem solemnitatum.*
6. *Quod placeat prima opinio, & quando hæc secunda procedat.*
7. *Dummodo tamen accedat causa, quam dicta facultas non supplet.*
8. *Ideoque totum consistit in causa.*
9. *De Constitutione Ægidiana, ac etiam de Carpenfi, & ubi hæc attendatur.*
10. *An Statutum particulare faciat cessare Ægidianam, vel Statutum generale.*
11. *An attendatur non usus Ægidianæ circa infirmationem.*
12. *In legibus Papalibus non datur de non usu, & de ratione.*
13. *Bene tamen non usus attenditur pro interpretatione.*
14. *De differentia inter observantiam interpretationis, & præscriptivam.*
15. *An solemnitas infirmationis possit impleri post declarationem nullitatem.*
16. *An in contractu gesto per tutorem, requiratur presentia ipsius pupilli.*
17. *De differentia inter potestatem tutoris, & illam curatoris.*
18. *De distinctione pupilli, qui sit major infans, & proximus pubertati, & an ratio doli, vel peccati adpetatur.*

D I S C. XXV.

Cum in Statu Ecclesiastico, serè generalis habetur Statutorum usus, circa solemnitates, in mulierum, & minorum contractibus adhibendas, adeo ut, nullus fortè videatur adesse locus, ubi, vel ratione propriæ, ac particularis statuti, vel ratione generalis Civitatis dominantis, ita cautum non sit; Ob extensionem autem, quam Sixtus IV. & Paulus III. ad Urbem, ac universum Statum immediatum fecerunt, de Constitutione Marchiæ (Ægidiana nuncupata) per quam in contractibus minorum, infirmationis solemnitas, ultra judicis decretum, & alia præscribitur; Hinc proinde nimium frequentes in Curia haberi consueverunt quæstiones, circa hujusmodi concursum Statutorum particularium, ac dictæ Ægidianæ Constitutionis, an scilicet utramque solemnitatem adhibere oporteat, vel potius dicta lex generalis intelligenda veniat, quando per Statutum particulare provium non sit, adeo ut, isto accedente, ejus formam implere sufficiat, quod pluries, ac pluries disputandi occasio dedit, præsertim in ista causa. Defuncto etenim Vincentio Lutio, superstitibus aliquibus 2 filiis

filii pupilli hereditas, sub tutela Hippolyte uxoris, cui testator amplam facultatem dedit vendendi, & alienandi, alioque actus faciendi pro dissolvendo ere alieno fipius testatoris, alioque peragendis, quae hereditatis administrationem concernerent, Tutrix censum sc. 1300. imposuit ad favorem Liberti Triviani, quo progressa temporis, petente fructus atque pro eis oblatum mandato ab A.C. commissis per Signaturam causa in Rota coram Priolo, cum clausula translativa, *si quid exequendum*, datogne dubio ex ipsius rescripti ventre resultante, an mandatum esset exequendum, sub die 3. Junii 1658. negativa prodit resolutio, quae habetur impressa in *part. 12. rec. dec. 355.* neque quod sciam, causa ulteriorem habuit progressum.

In hac autem disputatione, plures fuerunt inspectiones; Primò scilicet circa necessitatem solemnitarum in genere, tam quoad illas Statuti particularis, quam quoad alias dictae Constitutionis Aegidianae, vel Carpenis, stante facultate concessa per testatorem; Secundo (quatenus essent necessariae) an adhibita essent illae Statuti particularis Oppidi Montis Flori; Tertiò (quatenus istae adhibita essent,) an obstat defectus infirmationis requisitae per dictam Constitutionem Aegidianam, & an suffragaretur, quod ea adhibita fuerit post oppositam nullitatem; Et quartò, circa defectum causae.

Quatenus pertinet ad primum; Dicebam scribens pro creditore, quod ubi testator tutori facultatem alienandi dedit, regula est, ut id sequi valeat, atque validum sit, etiam nullis adhibitis solemnitatibus, cum illa restrictio, quam lex in tutoribus, ac administratoribus induxit, cesset ex testatoris iudicio, iuxta textum expressum in l. 1. c. quando de rebus opus non est. Et Bald. in l. ff. de reb. coram n. 1. Simoncell. de decreto lib. 2. tit. 6. n. 108. cum seq. Rota dec. 172. n. 38. p. 7. rec. dec. 192. n. 15. post Zachiam de oblig. Camer. repet. de 284. p. 9. rec. n. 26. & in aliis; Potissimè ubi fiat pro dissolvendo ere alieno ipsius testatoris, cum tunc dicatur actus necessarius, ideoque fieri valeat, ex deductis dec. 39. n. 11. p. 11. rec. & d. 284. n. 26. p. 9. alias dec. 192. n. 5. post Zachiam.

Rejctum autem fuit hoc movum in fine decisionis, ex eo quod, cum facultas non esset specifica de certa re, sed generica, illa intelligenda veniret fer. fer. ac adhibitis solemnitatibus de jure adhibendis, quae remissa non censetur, ut in hujus causae dec. 355. n. 35. & seq. p. 12. ubi allegatur Surd. conf. 241. n. 1. cum seq. & dec. 77. n. 4. Hodierna ad eundem dec. 278. n. 17. Gratian. dec. Maribla 131. n. 4. Rota dec. 31. n. 5. post Merlin. de pignori.

Responsio non captivabat intellectum, quoniam dispositio dicti Textus est clara, cum quo pertranseunt DD. supra allegati, & alii; Magique clara videtur ratio, quod fiducia per testatorem habita de tutore, tollat illam suspensionem, seu minorem fidem, quam lex de eo habet, unde quemadmodum, si ipse testator viveret, liberè alienare, seu alias contrahere posset, non videtur quid prohibeat eandem communicare tutori facultatem, quae alias innanis remaneret; Plures autem ex dictis auctoritatibus non concludunt; Siquidem dec. 31. n. 5. post Merlin. de pignori. percipiat terminos diversos, ut scilicet facultas data per fidei committentem distrahandi bona pro dote, intelligatur ad limitis juris in subsidium, & quatenus bona libera non extent, de quo sub tit. de dote disc. 145. & alibi, quod nil commune habet cum casu; Pleraque vero alie auctoritates, ut praesertim Gratian. dec. 131. loquuntur, ubi agatur de alienatione pro dissolvendo ere alieno testatoris, quoniam ita concurrunt iuxta causam, sed non solemnitas inducitur potestatis, quam alias tutor non habet; Sed ubi utrum, quae copulativè concurrunt, quod scilicet agatur de dissolvendo ere alieno atque accedat facultas expressa data, tunc illa remaneret fatua & inanis, nisi hanc faceret operationem solemnitarum, dum causa accedit, à qua proinde decisio omnimoda quaestio pendere videtur; Licet enim aliqui distinguant, an agatur de facultate legitima, vel an testator ad certam speciem descendere velit, praesertim Surd. d. dec. 77. n. 4. & 5. Hodierna ad eundem dec. 178. n. 18. attamen ubi facultas percipit actum alienationis, atque generica est, non videtur qualem probabilitatem habet haec distinctio, dum ideo testator se remissit tutori, de quo confidit, quia incertus erat quid magis expediret, ac propterea totus punctus est in iuxta casu.

Ideoque eadem facultas, ut supra supplere non possit defectum causae, quem, ut habentur disc. 1. & in aliis pluries, neque supplet beneplacitum Apostolicum, vel alterius premi Principis facultas, quae tollit omnem juris prohibitionem, vel obstatum; Et sic quod ad instar facultatis datae à Principibus data à testatore tollat hujusmodi extrin-

secas, seu accidentales solemnitates à juris positivi subtilitate inductas non autem defectum naturalem, quem nullatenus credendum est fuisse in animo dantis facultatem; Ac etiam quia esset dare aditum, sed licentiam delinquendi; Adinstar eorum quae habemus circa liberationem tutoris, vel alterius administratoris, vel usufructuarii à consecutione inventarii, vel à redditione rationum, quoniam intelligendum venit de scrupulosa, seu rigorosa redditione, vel respectu de rigorosa solemnitate interveniunt, non autem quoad rei substantiam, unde resultaret remissio doli de futuro, & sic delinquendi occasio.

Et consequenter firmum remanere videtur, quod decisio penderet magis ex ultima inspectione super causa, quae deficiente, vel falsa existente, nil intererat solemnitates plenarie, ac diligentissime adhibitas esse, cum istarum formalitas nihil prodest, ubi defectus est in substantia causae; E converso autem, ubi iuxta fiduciam à testatore habitam, tutor, ex iusta, & vera causa, alienationem, vel alium contractum fecisset, adducto restringeret difficultas ad solum requisitum solemnitarum, quod copulativè cum causa necessarium est, tunc mihi videbatur, quod id ob stare non deberet, cum esset obiectum nudae formalitatis.

Quòverò ad secundam inspectionem, an essent adhibita solemnitates Statuti loci particularis; Illa videbatur potius facti, quam juris, unde propterea (iuxta stylum) nulla, vel modice erant partes Advocati; Bene tamen in decisione desuper edita aliqui defectus considerantur, super quibus maturum iudicium formari non potuit, dum causa, (quod sciam,) ulteriorem non habuit progressum.

Juris autem dispositio major (ut etiam advertitur in decisione), fuit super tertia inspectione, an scilicet posito interventu solemnitarum Statuti particularis, obstat, necne defectus alterius solemnitates infirmationis requisitae per Aegidianam Constitutionem, fortis in hac facti specie adhibendam, dum agebatur de eadem provincia Marchiae, pro qua edita fuit, unde propterea opus non erat agere de interpretatione dictae extensionis, dum obstat, non solum ipsa Aegidiana extensa, sed etiam altera adducta Carpenis, per quam eadem solemnitas praescribitur quoque, in contractibus mulierum, quamvis majorum; Et quae additio, licet sub dicta extensione non cadat, attamen viget, ac servanda est in hac provincia, pro qua fuit edita, ut ceteris relatis advertitur in hujus causae decisione, & in aliis frequenter.

Quamvis autem super hoc articulo, an scilicet existente Statuto particulari, cesset generale, adeo sufficiens solum particulari satisficere, vel potius utriusque cumulatim concurrere requireretur, Scribentes nimium se involvissent videantur; Attamen vera, & recepta propositio est, ut id pendeat à puncto compatibilitatis, vel incompatibilitatis; Si enim Statutum particulare contentum solis solemnitatibus ab eo praescriptis, validum declarat actum, cum earum interventu initum, tunc incompatibilis est concursus alterius Statuti, vel legis generalis, cum non possint simul stare, ut actus à Statuto particulari reputetur validus, quodque à Statuto, seu lege generali ob ejus formam non impletam invalidus censetur, ideoque incompatibilis est manifesta; Secus autem ista cessante, quoniam cum infirmatio per Aegidianam requisita, non sit solemnitas, quae tunc in ipso contractu intervenire debeat, sed potius de sui regulari natura debeat accedere ex intervallo, atque per actum separatam ad arguendam perseverantem contrahentis voluntatem, iuxta ea, quae habemus circa infirmationem donationum, ad cuius instar, per Statuta particularia in aliis contractibus introducta est, ut sub tit. de donat. disc. 60. Hinc proinde forma, quae in ipso actu contrahendi per Statutum particulare praescripta fuit regulariter est compatibilis cum dicta alia postmodum adimplenda solemnitate, ex iis, quae habentur in hujus causae decisione, nimiumque frequenter in aliis, praesertim modernioribus, adducto videatur hodie quaestio jam sopita, non admittens amplius controversiam, quae proinde tota est potius facti, seu applicationis, quam juris, an scilicet & quando dicta compatibilis, seu respectu incompatibilis adesse dicatur, quod pendet ab eo (ut dictum est,) an Statutum particulare saltem virtualiter, ac implicite validum, ac exequibilem declarat actum initum cum solemnitatibus ab eo praescriptis.

Attento autem loco contextu litterali istius Statuti, probabilius dicendum videbatur, compatibilitatem potius adesse; Verum cum supponeretur, quod dicta alia solemnitas infirmationis non esset in usu, hinc proinde ad veritatem (etiam in sensu veritatis) quod iste non usus magnificandus esset, ut in

ut in plerisque aliis causis, tam istius, quam praesertim Spoletanae diocesis, frequens occasio disputandi dedit, an scilicet iste non usus attendendus, necne.

Quamvis enim, iuxta propositiones generales, de stricto jure, negativa probabilior esset, ex ratione alibi infirmata, praesertim sub tit. de censibus disc. 1. quod in legibus Papalibus non intret ea ratio, quae in illis aliorum Principum viget, sub necessitate acceptationis, vel usus populorum, ex ea differentie ratione, quod alii Principes potestatem originarie habent à populo, Papa vero habet directè, ac immediate à Deo; Ac etiam ratione decreti irritantis in Pontificis legibus adjecti soliti, quod inficit quamcumque contrariam possessionem, vel consuetudinem, immò impedit ne illa nascatur, ideoque de non usu dari non potest, ut apud Caval. dec. 423. dec. 400. p. 9. rec. dec. 199. par. 12. & in aliis pluries.

Attamen id rectè procedit, ubi agitur de non usu directè destructivo legis clare; Secus autem ubi ille considerandus veniret tanquam interpretativus casus dubii, quoniam tunc non est impugnare legem, neque illam alias vigentem destruire, sed allegare non compræhensionem, five ita interpretari, quod sola lex particularis sufficiat, atque incompatibilitatem inducat cum altera generali; Cum enim etiam in casu quo lex particularis ambigua sit, DD. adeo certent super ejus verbis, ac interpretatione, & an exinde resultet dicta incompatibilitas, quae etiam tacita, seu implicita sufficit; Hinc proinde, magis deferendum venit oblationi, quae iuxta quotidianam propositionem, (qua nil in foro frequentius,) dicitur optima interpretis tam legum, & Statutorum, quam etiam privilegiorum, ac voluntatis morientium, vel contrahentium.

Ac propterea, magna differentia est, inter formalem non usum destructivum legis clare, ac non usum interpretativum legis dubiae, iuxta distinctionem, quae in dicta materia observantur pariter frequens, ac recepta habetur, inter praescriptivam, & interpretativam; Ut prima tanquam inductiva novi status, vel destructiva antiqui, exigat formalem, ac rigorosam probationem praescriptivam, vel consuetudinis contra jus, cum omnibus ejus requisitis; Altera vero id non exigit, sed sufficit illi quandoque servatum esse, idque post istam, ac alias disputationes, demum agnovit, ac firmavit Rota pluries, praesertim in Ravenna. 26. Maii 1667. & 24. Maii 1688. coram Carpineo, quod scilicet huic non usui in specie detulit ex dicta convincenti ratione, quod ex illo potius dicta interpretatio resultaret.

Ibi vero, isto non usum motivo non suffragante, minus, quae alio incompatibilitatis, adeo dicta infirmatio cumulatim necessaria fuisset; Quamvis ergo more Advocati scribendo ad causae opportunitatem, insisteret super istius solemnitates implemento, jam sequuto, non obstant, quod post oppositam, seu declaratam nullitatem id sequutum esset, ex eo quod conclusio de infirmatione faciendae re integra, & ante penitentiam, procederet in ea infirmatione, quae requiritur in donatione, in quibus terminis procedunt auctoritates, quae desuper allegabantur, de quibus sub tit. de donat. disc. 60. ex conf. 79. Angeli, in quibus etiam terminis late contrarium fultinet Corneus conf. 221. lib. 1. ubi expendit d. conf. Angeli.

Attamen (reflectendo ad veritatem) fallax erat hoc fundamentum, quoniam haec non est simplex solemnitas ceremonialis, sed inducta est ad eundem finem, seu effectum, ob quem, jus commune illam in donatione induxit, ut scilicet ita deum valeat, an contrahens ex intervallo in eadem voluntate perseveret; Ac etiam quia post declaratam nullitatem, extrema non sunt habita.

Demum quoad ultimum defectum causae, punctus erat potius facti, in cuius circumstantiis nimium discrepabant causae Patroni; Ex hac enim parte supponebatur utile negotium gestum fuisse, imponendo hunc censum sub minori fructu, ut alii graviore extinguerentur; E contra vero supponebatur id verificari in summa scutorum 50. circiter, reliquum vero usque ad 1300. non bene justificari, atque id fuit potissima causa resolutionis pro invaliditate actus, ideoque desuper judicium formari non potuit, cum id penderet ex facto.

Amplexa etiam fuit Rota aliam speciem nullitatis per Scribentes in contrarium deductam à iure communi resultantem, quod scilicet in contractu non interverint ipsi met pupilli, quorum nomine tutrix dictam censum impositionem fecit, iuxta traditionem Carsten. in l. neque tutores n. 5. c. de procurator. quam sequuntur alii relati apud Caril. dec. 191. n. 8. dec. 179. n. 11. p. 10. & in aliis, de quibus in decisione num. 17.

Card. de Luca Lib. VII.

Hoc autem fundamentum, tam in ista causa, quam in plerisque aliis, in quibus in Rota, alioque Tribunalibus frequenter de illo agi contingit, semper visum est parum probabile, adeo ut aliquam admirationem conceperim, ut Rota adeo in hoc puncto variaverit, tenendo dictam opinionem in supra allegatis decisionibus, & in aliis, & quandoque contrarium, ut dec. 296. n. 8. & seq. par. 2. rec. tom. 2. dec. 187. n. 16. & 17. par. 10. in qua dictum fuit hunc esse punctum juris dubium, assimilandum dubio facti, ut dicatur exceptio dubia, & alioris indaginis, ideoque non admittendum in iudicio executivo, vel possessorio, sed alias summario, cum pro meo sensu ex fundamentis, de quibus praesertim apud Mandell. conf. 205. n. 38. & seq. & dicta dec. 187. n. 17. par. 10. quoties agitur de contractibus factis per tutorem nomine pupilli, certum ac planum videatur ipsius pupilli interventum non requiri, dictamque necessitatem procedere solum in contractibus gestis per minorem cum auctoritate curatoris, in quibus terminis loquuntur aliqui, ex quibus unum casum cum altero confundendo, istud equivocum resultat: videtur, moderniori tempore agnium, adeo ut hodie cum hac opinione ultima progei videatur.

Ex ea differentie ratione, quod isto secundo casu, ipse minor est ille, qui contrahit, atque per suum consensum contractus perficitur, curator vero assinit, auctorizando, ac adjuvando illam iudicii imbecillitatem, quam lex ratione aetatis in minore praesumit tanquam per speciem Consilarii, seu Assessoris; In primo autem casu tutor est ille, qui contrahit directè, ac immediate, ac per ejus consensum contractus perficitur tanquam legalis mandatarius cum libera, five plenipotentiaris principaliter datus persona pupilli, ut istius vice omnia gerat, quae ipse principalis tanquam impeditus gerere non potest, dum e converso curator non datur principaliter persona, sed bonis, quamvis accessorie persona quoque aliquam praesentem assensum, & neque habeat mandatum cum libera, ut habet tutor.

Et quamvis aliqui, mediam viam eligendo, distinguant inter pupillum infantem, vel infantiam proximam, & alteri doli capacem, ac proximum pubertati, elaborando super aetate, in qua ista secunda qualitas imprimi dicatur, eis magis communiter opinantibus, ut attendatur illa annorum decem cum dimidio; (Super quo etiam ad materiam Text. in auct. sacramenta puerum Cod. si adversus venditionem, & in cap. cum contingat de iurejur. & cap. per vestras de donat. inter vir. & uxorem, an scilicet, & quando iuramentum valider, ac obligatorius reddat actus gestos per minorem, nimium se involvant Scribentes, nedum Civilitè, & Canonice, sed Magis Morales;) Attamen quicquid sit de iis, quae fori interni sunt; Quoad ea, quae pertinent ad forum externum, id videtur continere unam ex consuetis Iuristum frigiditatibus, quoniam ubi agitur de iis, quae respectu naturalia, & sunt intrinsece mala, rectè dicta distinctio adaptabilis est, Sed quoad ea, quae concernunt contractus, & commercium, nisi agatur de illis pueris, quorum vix unus inter decem mille reperitur, qui tanquam species monstris, in ea aetate, iudicium, ac applicationem habeat in negotiis, omnino fabulosum videtur, ante pubertatem dare aptitudinem ad contrahendum, quodque illius consensum per se necesse requiratur ad validitatem, ac perfectionem contractus, ubi sit circa bona, & negotia, pro quibus raro pubertas imperfecta sufficit; Secus autem circa ejus personae statum, ut in sponsalibus, vel etiam in matrimonio, quod ante pubertatem permittitur ratione malitiae suppletis aetatem, five in materia peccati, puta furti, falsitatis, & mendacii, ac etiam circa ea peccata, quibus pueri subiacere solent, ideoque non bene isti termini confundi videntur.

ROMANA DONATIONIS PRO JOSEPHO VALLETTA CUM P. P. SOMASCHIS.

Causa disputata coram A. C. ubi pendet.

De materia alienationum, & contractuum, aliarumque dispositionum per prodigos.

SUMMARIUM.

1. Adversus iuris.
2. Adversus gestis per prodigum, cui interdicta est administratio, sunt nulli.
3. Secus si antequam administratio interdicere.
4. Quid requiratur, ut dicta interdictio id operetur.

S 4 S De

- De valida dispositione prodigi ad pias causas.
- Presumptio est pro facto iudicii.
- Ad convincendum contrarium debent exhiberi omnia acta.
- De conclusione de qua n. 3. & quando subsequens interdictio retrahatur.
- Quomodo ista questio decidenda sit, datur distinctio.
- De mala conditione prodigiorum.
- An prodigio detur restitutio in integrum adversum actum gestum ante interdictionem.
- De differentia inter donationem, & contrarium correlative.
- De circumstantiis in proposito considerandis.
- Quod non sit procedendum cum generalitatibus.
- Decretum iudicis nullum circa interdictionem debet attendi tanquam probatio.
- Rejicitur conclusio, de qua num. 5.
- Quod iuramentum non validet actus gestos per prodigos.
- De differentia in hoc proposito inter ultimas voluntates, & contractus.

DISC. XXXVI.

Occasione repartitionis pretii palatii in Monte Citorio constructi per Cardinalem Sanctorum, S. Severini nuncupatum (quem acta Conclavii, in quo creatus fuit Clemens VIII. in chronicis, ac diarii celeberrimi redderunt,) inter plures punctos coram A.C. disputatos inter PP. Blasii Congregationis Somaſchæ, & Josephum filium Catherinæ ejusdem Cardinalis ex fratre nepis, qui ille super validitate, vel invaliditate donationis, quam de eisdem palatii portione dicit PP. fecerat de anno 1634. Jo. Antonius adolescens annorum 21. dicti Cardinalis ex fratre pronepos, istaque punctus consistebat in iure, cum reliqui essent potius facti, & calculorum.

In hoc autem, cum ex parte Josephi doctum esset de authentico decreto M. Curie Vicarie Neapolitane, per quod ad instantiam ejus patris, ratione prodigalitatis interdictum dicto Joanni Antonio, ne contractus aliquos faceret, inhibendo etiam Notariis, ne de illis se rogarent, & in quo decreto mentio habetur de aliis desuper præcedenter editis; Ita dicebam, scribens pro Josepho, probatam remanere dictam donationis invaliditatem, ex juris conclusione generali, ut quæcumque alienationes, sive contractus, ac dispositiones prodigi, qui administratio interdicta sint, invalidi censeantur perinde, ac si in furioso, vel amente, cui prodigus assimilatur ad Text. in l. i. vers. sed solent ff. de curat. furios. & l. si quis bonis ff. de vera oblig. §. Item prodigus instit. quibus non est permitt. fac. testam. & communiter scribentes loc. cit. de quibus apud Franch. dec. 461. & 672. Sanfel. dec. 148. Cœ. de Cenſ. g. 16. Duard. cod. tract. §. 1. g. 58. n. 16. & seq. Rovit. p. 1. g. 16. de liquid. infirm. lat. Pr. d. 1. g. 2. tom. 1. Boff. oper. moral. de testam. ad pias causas. tit. 12. §. 3. n. 144. & seqq. Rota in Romana dementie 15. Martii 1606. coram Lancellotto.

Non negabant Scribentes in contrarium, hujus conclusionis veritatem, utpote in controvertibilem, sed quatuor deducebant fundamenta, ex quorum singulis, multo verò magis simul junctis ejus applicationem cessare dicebant; Primum scilicet, quod hæc donatio facta esset per aliquos dies ante dictum decretum M.C. ideoque, dum adhuc interdictum non esset administratio, dicebant actum remanere validum, juxta cons. 248. Castrenſ. n. 2. & seqq. lib. 2. quod reputatur in materia magistrali cum concordantibus relatis per Cenſ. de cenſ. dist. g. 16. Sanfel. dec. 148. Pr. d. 1. g. 2. n. 1. Rota apud Caval. dec. 273.

Secundò, quod ubi etiam dictum decretum præcessisset, habendum non esset in aliqua consideratione; Tum ratione invaliditatis ex defectu jurisdictionis, cum dictus Jo. Antonius esset clericus; Tum etiam quia hujusmodi interdictum fieri non debet ex abrupto, ad cuiuslibet petentis instantiam, sed causa cognita, & prævia prodigalitatis probatione, ut firmatur apud Sanfel. & Caval. ubi supra, per Pr. d. 1. g. 2.

Et tertio, quod in omnem eventum, cum ageretur de pia donatione facta favore Ecclesiæ, attendenda veniebat ex iis, quæ circa dispositionem ad pias causas factam per prodigum, collecta habentur per Boff. inter ejus opera moralia tit. de test. ad pias causas. tit. 12. §. 3. n. 147. Cum etenim est deferre pro Deo, & anima propria, prudens, ac laudabilis actus dicatur, cessat ratio imprudentis dispensationis, quæ in prodigo consideratur.

His tamen non obstantibus, pro invaliditate respondendum esse dicebam, atque respondendo ad singula objecta,

quibus sublati, si data remanebat intentio hujus Partis habentis pro se regulam; Quatenus pertinet ad primum. Advertebam quod, dum in dicto decreto, quod per aliquos dies post hanc donationem prodicatur, enunciabatur duo alia decreta præcedentia, assistebat huic parti generalis regula, textus in l. 2. C. de off. cit. Jud. cum ibi communiter notatis, de quibus apud Caval. dec. 337. n. 5. & dec. 339. n. 6. & passim, quod præsumptio est pro iudice, equiscententis, & decreta, donec ex revolutione actorum contrarium probetur, & consequenter, quod onus esset allegantium falsitatem, vel non justificationem eorum, quæ a iudice dicuntur, transportare acta integra, sine quibus dici non potest probata negativa, ex qua resultat infectio, ex deductis per Bur. & Add. dec. 264. & sæpè sub tit. de iudic. ad materiam nullitatis iudicii, cum sit certum principium; Ista enim est virtus præsumptionis juris, ut onus probationis in alteram partem transferatur, neque probatio concludens dici potest, ubi militat contraria possibilitas, quæ adesse dicitur, quoties acta non sint integra, dum rectè dici potest, quod in iis, quæ deficiunt, continetur id, de quo est questio, nisi de sui natura contineri deberet in illis actis, quæ habentur, ut apud allegatos passim, quoniam iste sunt præctica, & quotidiana receptæ conclusiones.

Verùm ubi etiam de aliis præcedentibus decretis non constaret, adeo ut istud esset unicum, & abque dubio auctori posterius; Adhuc tamen dicebam, quod in ea questione, nequam disputat, hinc inde Fachin. lib. 2. contro. cap. 63. & super qua (licet aliquantulum involvitur) plura deducit Giballin. de contract. seu human. actib. lib. 3. de forma conventionis c. 1. de contract. art. 3. cons. 5. fol. 471. an scilicet tale decretum retrahatur, adeo ut inficiat actus præcedentes, ut probabilis esse firmat Fachin. d. contro. 63. cujus contrarium sublinent Gomez alii apud Giballin. & Sanfel. ac Pr. ubi supra; Dicebam (etiam cum sensu veritatis,) quod pro meo iudicio, ista questio decidenda non est generaliter, & in abstracto, sed in concreto pro facti qualitate, ac singulorum casuum particularibus circumstantiis, & cum ea distinctione, quæ in aliis hoc eodem titulo ponderatur in contractibus minorum, vel assentium majores, vel filiorum familias assentium sui juris, ac patresfamilias, cum similibus.

Aut enim prodigalitas contrahentis, seu alienantis, vel ex generali notorietate in loco, vel ex particulari noticia, bene cognita erat alteri contrahenti, qui ita dolo, vel culpa, ac mala fide vacare non dicitur, & tunc indefinite, sive agatur de contractu oneroso, & correctivo, sive fortius de lucrativo, rectè recipienda est tanquam verior opinio, quam sequitur, ac defendit Fachin. cum alter contrahens sit inexcusable, atque cesset altera ratio, cui innixa est opinio tenentium pro actus validitate, dum adaptabilis non est ratio ponderata per sequaces primæ opinionis. Cum enim agatur de intellectus imperfectione jam præexistente, ac pendente à natura, non autem à potestate, vel voluntate iudicis, iste, ite decernendo, non facit aliquem prodigum, sed qualis sit, aperit, & declarat, juxta optimum naturale exemplum excipientis grana à spicis, quod in declarante expendit text. in l. aded. ff. de acquir. rer. domini.

Aut verò dicta circumstantia cessat, & tunc adhibenda veniat altera distinctio pro contractu lucrativo, & oneroso, seu merè correctivo, ut in hoc secundo casu rectè procedat opinio denegans retractionem, juxta dictum consil. Castrenſ. cum quo proceditur per Rotam apud Caval. ubi supra, & per alios allegatos, qui omnes percipiunt contractus correctivos, dum apud Cast. agitur de emptione, & venditione, & apud Caval. de transactione, cum similibus.

Et nihilominus etiam ubi casu prudentis iudicis partes erant inspicendi, an contractus sit bonè, & prudenter gestus, vel è converso læsionem, & circumventionem redeat ut ita bonè, vel malè fidei argumentum desumatur; Posita etenim in altero contrahente bona fide, duplex intrat congrua ratio pro validitate actus; Primò scilicet pro libertate commercii; Et secundò, ne alias aperitur via fraudibus, & machinationibus, quæ prodigis connaturalis esse solent, cum hujusmodi qualitatibus personæ, nullam negligentiam malorum, ac indignitatem speciem, ut spiritum dissipatorium exercere valeant, unde propterea historie nos docet Reipublicæ periculosissimos fuisse Principes profusos, quorum vitium est deficere in necessariis, vel congruis, in quibus aversissimi, nimiumque tenaces deteguntur, abundare autem in superfluis, tollendo virtuti, ut vicio tribuant; Quod scilicet colluere affectare possent hujusmodi declarationes, ut tertius bona fide cum eis contrahentes eludant.

Ideo

Ideoque pro facti qualitate, ac prædictis bonis, vel respectivè malis circumstantiis, decidenda videtur questio, de qua apud Fachin. d. l. 2. contro. cap. 67. vers. nona controversia, & Odd. de restit. in integr. quest. 11. n. 7. & seqq. an scilicet etiam adversus actus cum prodigo gestos, qui ob adhuc non interdictam administrationem de jure in validi dici non possunt, competat, necne restitutio in integrum ex clausula generali, si qui mihi, &c.

Secus autem, ubi agatur de donatione, vel alio actu de sua natura damnoſo, & qui imprudentem suorum bonorum dispositionem redeat, cum tunc indefinite omnino tenenda videatur opinio, quam sublinet Fachin. ubi supra, pro retractione; Tum quia cessant dictæ rationes, quæ in actibus correlative urgent; Tum etiam, quia non de facili donatarius in bona, sincereque fide veritas dici potest; Et fortius, quia cum vitium prodigalitatis sit latens, seu intrinsecum, quod dignosci non potest, ut exinde ad interdictionem deveniatur, nisi præcedat actus dissipatorii, hinc proinde, istamet donatio dici poterat actus, qui dederat causam edicto, ac propterea rectè intraret superius ponderata ratio, quod factum iudicis contineret declarationem ejus, quod inerat; Ideoque locum haberet retractio.

Clarius verò in hac facti specie ex tribus circumstantiis, ex quibus ut dictum est, hujusmodi questionis verius decidenda veniunt; Primò scilicet ratione ætatis, quæ attendita dispositione juris communis, adhuc erat minor, quamvis in eo Regno per Constitutionem particularem minor ætas restricta sit ad annos 18. & de qua Constitutione, ejusque ratione habetur actum sub tit. de dote dist. 2. & dist. 44. Secundò, quia agebatur de filiofamilias, cui administratio per iudicem interdicta fuerat ad instantiam patris legitimi administratoris, unde propterea cessat ratio, quæ deduci solet per tenentes opinionem validitatis actus favorabilem, ut colluere, vel affectare, seu ex malo animo id fieri posset; Et tertio, quod agebatur de donatione valde notabili totius affis, quem iste adolescens habebat; His autem omnibus simul junctis mihi videbatur, quod sine dubio recipienda esset dicta opinio pro retractione, quoniam ut dictum est, omnino probabilis videatur, ut ista sit potius questio facti, quam juris pro facti qualitate decidenda, ideoque erroneum sit eam generaliter, ac in abstracto tractare, sive decidere cum folio DD. hinc inde collectantium majori arithmetico numero, juxta consuetam pragmaticorum neptiam.

Hinc resultabat solutio secundi objecti super dicti decreti invaliditate, quoniam cum nullitas actus non proveniat directè à facto iudicis, sed à defectu naturali intellectus, ita declarato, seu probato; Exinde resultat, quod ubi decretum iudicis ob ordinem judicarium malè servatum, vel ex alio defectu subfiteri non possit tanquam decretum validum, & exequibile, adhuc tamen attendendum veniat tanquam species probationis; Ac ulterius uterque defectus tollebat ex facto, quoniam non constabat de Clericali cum requisitis necessariis in Clerico in minoribus non beneficiato ad effectum exemptionis fori ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, atque allegata non cognitio causæ non justificabatur, dum non exhibebantur integra acta, ut supra.

Demum quoad ultimum objectum, quod ageretur de donatione facta Ecclesiæ, & ad pias causas, advertebam quod licet Boffius tanquam bonus Religiosus, loco supracitato inclinet in opinionem pias causas favorabilem, (ut consuetus est stylus Moralium,) Attamen, ut patet ex relatis ab eod. n. 246. magis communis opinio Civilistarum, seu forensium, quibus in iudicio, seu foro externo in iudicando magis deferendum venit est in contrarium, ut pluries advertitur sub tit. de usur. & alibi; Et rationaliter quidem, ex clara, & convincenti ratione, quod pias causas favor, ut pluries advertitur in sua materia sub tit. de testam. & alibi, supplet omnes defectus solemnitatum, seu alias ex juris civilis dispositione, ac subtilitate resultantes, non autem defectum naturalem intellectus, seu voluntatis, qualis esse dicitur, cum prodigis iure amentis, vel furiosis censetur.

Ideoque clare probatur ex eo, quod juxta anteriorem opinionem, in qua apud Fachin. d. lib. 2. contro. c. 64. contractus gestus per prodigum, neque sanantur à juramento, ex dicta ratione, quod infectio non resultat à sola dispositione legis positive, sed è defectu naturali; Id autem est quid fortius, quoniam ubi non obstat defectus naturalis, vel interitus æternæ salutis, aut ratio favoris publici primarii, jurisjurandi religio afficit.

Et nihilominus, ubi etiam dicta magis pia opinio tenenda esset, ea procedit in testamentis, aliisque ultimis voluntatibus, in quibus urget altera efficacior ratio cessantis læsionis, ac prejudicii disponentis, qui dissipare, vel imprudenter agere non dicitur, ubi cessante favore filiorum, (de quo est questio, an favori pias causas præponderet,) necne ad favorem Ecclesiæ, vel pias causas disponat, conferendo dispositionem post ejus mortem, quando ipsius jam annihilati nihil interest, an bona ad unum, vel alterum pertineant, imple verò donec vivit, libertatem quandocumque revocandi retinet, unde propterea læsio, vel præjudicium adesse non dicitur, & consequenter in actibus minorum, vel mulierum, ac aliorum imbecillius, vel imperfecti iudicii, in quibus lex communis, vel municipalis certas præscribit solemnitates, ista non desiderantur in ultimis voluntatibus, ideoque dicta opinio, quæ de istis agis, adaptabilis non est perfectæ, & irrevocabili donationi inter vivos; Quia verò disputatio pendente comperta est quedam transactio, idcirco ad eam restricta est difficultas causæ, quæ pendet.

ANNOT. AD DISC. XXXVI.

De hac materia dispositionis factæ per prodigos nulla alia suppetit occasio disputandi; De invaliditate autem dispositionis factæ per furiosum, vel amentem habetur sub tit. de testam. dist. 38. & seqq. Et de casu converso successione furiosi, vel amentis in hæc commissio, vel primogenitura habetur actum sub tit. de fidei. dist. 260.

ROMANA PECUNIARIA SEU AVOCATIONIS PRO ALOYSIA COSTA CUM CARDINALI SFORTIA.

Casus decisus per Rotam pro Cardinali, pendet revisio.

De Statuto Urbis 152. super obligationibus, & contractibus filiorum familias, & quando valent, necne.

SUMMARIUM.

- Ad series.
- Resolutiones cause.
- Creditor obligatus de restituendo pecunias prioribus convenitur executor.
- De Statuto circa filios familias, & quid de jure communi.
- An tertius det de nullitate, & de aliis fundamentis pro valida obligatione.
- De distinctione, an tertius det de nullitate.
- Tertius dat de exceptione, quæ sit notoria exclusio juris agentis.
- Creditor opponit exceptiones competentes debitori.
- Ista nullitas est inducitur favore publico.
- Ex donatione facta per patrem filio, non resultat emancipatio.
- An, & quando ex habitatione forsum à patre, & contrahendo habeatur pro patre familias.
- Filiofamilias contrahente in urbe servandum est Statutum, quomodo esset Baro, & Magnates.
- Ratificatio actus nulli exigit certam scientiam, eaque data operatur, ut tunc, & non præjudicat iis, quibus medio tempore jus quæsitum est.
- De distinctione, cui incumbat onus docendi de validitate, vel invaliditate.
- Presumptio pro canonizatione judiciali.
- Pecunia soluta cum cautione de restituendo, dicitur cante, & creditor non est possessor.
- Quomodo ista materia regulari, ac decidi debeat.
- De eodem, & quomodo regulatur arbitrium.
- Qualitas mercaturæ attenditur.
- De Baronibus, & Domiciliis viventibus in urbe, quomodo considerentur.
- Quomodo hæc circumstantia consideretur.
- Ira pariter habitatio forsum, & contrahere publicè.
- De conclusione, de qua num. 10.
- De distinctione, an de patris potestate agatur principaliter, vel incidenter.
- Quod non debeat procedi cum generalitatibus.
- De Macedonianis ejusque rationes.